

INSTITUTIONUM SEU ELEMENTORUM

DIVI JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,
LIBER QUARTUS.

LES INSTITUTES OU ÉLÉMENTS

DE L'EMPEREUR JUSTINIEN.
LIVRE QUATRIÈME.

TITULUS PRIMUS.
DE OBLIGATIONIBUS,
QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

TITRE PREMIER.
DES OBLIGATIONS
QUI DESCENDENT DES DÉLITS.

Continuatio et
divisio obliga-
tionum ex de-
licto.

QUUM sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu, et quasi ex contractu : sequitur, ut de obligationibus ex maleficio, et quasi ex maleficio, dispiciamus. Sed illæ quidem (ut suo loco tradidimus) in quatuor genera dividuntur : hæc verò unius generis sunt : nam omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, injuria.

De furto defini-
tio.

§. 1. Furtum est contractatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibetur est admittere.

Etymologia.

§. 2. Furtum autem vel à furvo ; id est, nigro dictum est, quod clam et obscure fiat, et plerumque nocte : vel à fraude, vel à ferendo, id est, auferendo : vel à græco sermone, quod φῦρᾱς appellant

Nous avons parlé dans le livre précédent des obligations qui naissent des contrats et quasi - contrats ; l'ordre exige que nous parlions de celles qui naissent des délits et quasi-délits. Les premières, comme nous l'avons dit lorsque nous en avons traité, sont de quatre espèces ; celles-ci sont toutes d'une même nature : car elles tirent toutes leur origine du fait ou de la chose, c'est-à-dire du délit, par exemple du vol, de la rapine, du dommage, de l'injure.

1. Le vol a lieu quand quelqu'un prend frauduleusement, avec intention de tirer du profit de la chose d'autrui, de son usage ou de sa possession : ce qui est défendu par le droit naturel.

2. Le mot *furtum*, vol, vient ou du mot *furvum*, qui signifie noir, parce que les vols se font clandestinement et dans l'obscurité, et ordinairement de nuit ; ou du mot qui signifie fraude, ou du mot *ferre* ou *auferre*,

qui signifie emporter, ou du grec : car les Grecs appellent les voleurs *phoras* ; ils tirent même l'étymologie de ce mot du verbe grec qui signifie emporter, *phoras*.

3. Il y a deux espèces de vol, le vol manifeste et le vol non manifeste : car nous verrons plus bas, que le vol appelé *conceptum*, c'est-à-dire trouvé chez quelqu'un, et le vol appelé *oblatum*, c'est-à-dire mis, déposé chez quelqu'un, ne sont pas des espèces différentes de vols, mais seulement différentes actions qui ont lieu à l'occasion du vol. Le voleur manifeste, est celui que les Grecs appellent voleur pris sur le fait : ce qui doit s'entendre non-seulement de celui qui est absolument pris sur le fait, mais encore de celui qui est pris dans le lieu où se fait le vol ; par exemple si celui qui a fait un vol dans une maison, ou dans un plan d'oliviers, ou dans une vigne, est arrêté avant d'avoir passé la porte, d'être sorti du plan d'oliviers ou de la vigne. On donne encore plus d'étendue au vol manifeste : car on le répute tel, tant que le voleur est vu ou arrêté tenant encore en ses mains la chose volée, avant qu'il l'ait portée dans le lieu où il avoit intention de la placer. Il importe peu qu'il ait été vu ou arrêté dans un lieu public ou privé, par le maître de la chose ou par un autre. Mais, dès qu'il a porté la chose dans le lieu où il avoit intention de la placer, il n'est plus voleur manifeste, quand même on le trouveroit tenant en ses mains la chose volée. On comprend par ce que nous venons de dire, ce que c'est qu'un vol non manifeste : car on sent bien que le vol non manifeste est opposé au vol manifeste.

4. On distinguoit aussi autrefois le vol trouvé chez quelqu'un, *conceptum*, lorsqu'une chose avoit été cherchée en présence de témoins chez quelqu'un, et avoit été trouvée chez lui : car on avoit une action particulière contre celui chez qui la chose volée se trouvoit, quoiqu'il ne fût pas lui-même voleur, et cette action s'appeloit action de vol trouvé. Il y avoit aussi un vol offert appelé *oblatum*, qui avoit lieu lorsque quelqu'un vous offroit une chose volée, laquelle étoit ensuite recherchée et trouvée chez vous ; en supposant que celui qui vous

fures. Imò et Græci à ferendo φήρας dixerunt.

§. 3. Furtorum autem duo sunt genera, manifestum et nec manifestum. Nam conceptum et oblatum, species potius actionis sunt furto coherentes, quàm genera furtorum, sicut inferius apparebit. Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρησιν appellant : nec solum is qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit : veluti qui in domo furtum fecit, et nondum egressus januam deprehensus fuerit ; et qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quandiu in eo oliveto aut vineto deprehensus fuerit. Imò ulterius furtum manifestum est extendendum, quandiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit : sive in publico, sive in privato : vel à domino, vel ab alio, antequàm eo pervenit, quo deferre vel deponere destinasset. Sed si pertulit, quo destinavit, tametsi deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur. Nec manifestum furtum quid fit, ex iis quæ diximus intelligitur : nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.

Divisio.

§. 4. Conceptum furtum dicitur, cùm apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita et inventa sit : nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit : utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quàm apud eum qui dedit, conciperetur : nam tibi apud quem concepta sit, propria adversus eum qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblata. Est

De furto concepto, oblato, prohibito, et non exhibito.

etiam prohibiti furti actio adversus eum, qui furtum querere testibus presentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna constituitur edicto prætoris per actionem furti non exhibiti adversus eum, qui furtivam rem apud se quæsitam et inventam non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti et oblati, et furti prohibiti, nec non furti non exhibiti in desuetudinem abierunt. Cùm enim requisitio rei furtivæ hodie secundùm veterem observationem non fiat: meritò ex consequentia etiam præfatæ actiones ab usu communi recesserunt: quum manifestum sit, quòd omnes, qui scientes rem furtivam susceperint, et celaverint, furti nec manifesti obnoxii sunt.

Pœna.

§. 5. Pœna manifesti furti, quadrupli est, tam ex servi, quàm ex liberi personæ: nec manifesti, dupli.

Quomodo furtum fit. De contractatione.

§. 6. Furtum autem fit, non solùm cùm quis intercipiendi causa rem alienam amovet: sed generaliter cùm quis alienam rem invito domino contractat. Itaque sive creditor pignore, sive is apud quem res deposita est, ea re utatur: sive is qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quàm cujus gratia ei data est, furtum committit: veluti si quis argentum utendum accepit, quasi amicos ad cœnam invitaturus, et id peregrè secum tulerit: aut si quis equum gestandi causa commodatum sibi longiùs aliquo duxerit: quod veteres scripserunt de eo qui in aciem equum perduxisset.

De affectu furtandi.

§. 7. Placuit tamen, eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quàm utendas acceperint, ita furtum committere: si se intelligant id invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permissurum. At si permissurum credant, extra crimen videri, optima sanè distinctio: quia furtum

l'avoit offerte eût intention qu'elle fût trouvée chez vous plutôt que chez lui: car alors celui chez qui on a trouvé le vol avait une action particulière contre celui qui le lui avait offert, qu'on appelloit action de vol offert. Il y avait encore une action de vol dont la recherche étoit empêchée (*furti prohibiti*), qui avait lieu contre celui qui empêchoit quelqu'un de faire la recherche d'un vol en présence de témoins. Enfin le prêteur en introduisant l'action du vol non exhibé (*furti non exhibiti*), avait établi une peine contre celui qui n'avoit pas voulu exhiber la chose volée et trouvée chez lui. Ces quatre actions différentes sont tombées en désuétude, avec d'autant plus de raison, que la recherche des choses volées ne se fait plus suivant l'ancien usage; puisqu'il est certain aujourd'hui que tous ceux qui se chargent avec connoissance d'une chose volée, et qui la recèlent, sont punis comme voleurs non manifestes.

5. La peine du vol manifeste est la restitution au quadruple, soit que le vol ait été fait par un esclave, soit qu'il ait été fait par une personne libre. La peine du vol non manifeste est la restitution au double.

6. On se rend coupable de vol, non-seulement lorsqu'on détourne la chose d'autrui pour la lui enlever, mais encore lorsqu'on touche à la chose d'autrui contre l'intention du propriétaire. Ainsi le créancier qui fait usage du gage, le dépositaire qui fait usage du dépôt, celui qui ayant reçu une chose à titre de prêt en fait un usage différent de celui pour lequel on lui a prêté la chose, commettent un vol: par exemple, si quelqu'un emprunte de l'argenterie pour donner un repas à ses amis chez lui, et qu'il emporte cette argenterie au loin; si quelqu'un emprunte un cheval et le conduit plus loin qu'on n'étoit convenu. Les anciens ont décidé la même chose par rapport à celui qui auroit conduit à une bataille un cheval qu'on lui auroit prêté pour faire un voyage.

7. On a cependant décidé que ceux qui emploient les choses prêtées à un usage différent de celui dont on est convenu, ne se rendent coupables de vol, qu'autant qu'ils savent qu'ils en usent ainsi malgré le maître, et que si le maître en avoit connoissance, il ne le leur permettroit pas. Mais ceux

ceux qui croient que le maître ne le trouveroit pas mauvais, ne paroissent pas être en faute. Cette distinction est fort juste : car on ne peut pas commettre le vol sans l'intention de voler.

8. Il y a plus, si quelqu'un croit faire de la chose prêtée un usage qui déplairoit au maître, et que cependant le maître en soit content, on décide qu'il n'y a pas de vol. C'est ce qui a donné lieu à la question suivante : Titius débauchoit l'esclave de Mævius, et le sollicitoit à voler à son maître certains effets, et à les porter chez lui ; l'esclave instruisit le maître de ce qui se passoit ; celui-ci voulant prendre Titius sur le fait, permit à son esclave de porter ces effets chez lui. On a demandé si le maître avoit contre Titius l'action pénale du vol, ou l'action qui a lieu contre ceux qui corrompent des esclaves, ou s'il ne pouvoit intenter ni l'une ni l'autre action ? On nous a fait le rapport de cette espèce, et nous avons vu les différens sentimens des anciens à cet égard ; quelques-uns n'accordoient en ce cas ni l'une ni l'autre action, d'autres accordoient seulement l'action pénale du vol. Nous avons cru devoir rejeter toutes ces subtilités, et nous avons décidé qu'il y auroit lieu en ce cas à l'action pénale du vol, et à l'action accordée contre ceux qui corrompent les esclaves d'autrui. Car, quoiqu'il soit vrai que dans l'espèce présente l'esclave n'aït pas été corrompu par celui qui le sollicitoit au vol, en sorte qu'il semble qu'on ne puisse pas appliquer ici les règles qui donnent lieu à l'action de l'esclave corrompu, cependant celui qui a sollicité l'esclave au vol a eu intention de le corrompre et de lui faire perdre sa probité ; ce qui fait que l'action pénale doit avoir lieu contre lui, comme si l'esclave avoit été véritablement corrompu : de peur que si on laisse sa mauvaise intention impunie, d'autres ne tentent la même chose sur un esclave qui seroit plus aisé à corrompre.

9. Il arrive quelquefois qu'on se rend coupable du vol d'un homme libre ; par exemple, si on nous enlève un enfant qui est sous notre puissance.

10. On peut aussi quelquefois se rendre coupable de vol, même par rapport à une chose dont on est maître : par exemple

furtum sine affectu furandi non committatur.

§. 8. Sed et si credebat aliquis invito domino se rem commodatam sibi contractare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. Unde illud quaesitum est, cum Titius servum Mævii sollicitaverit, ut quasdam res domino subriperet, et ad eum perferret, et servus eas ad Mævium pertulerit : Mævius autem dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo quasdam res ad eum perferre : utrum furti, an servi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, et antiquorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque servi corrupti actionem praestantibus, quibusdam furti tantummodo : nos hujusmodi calliditati obviam euntes, per nostram decisionem sancimus, non solum furti actionem, sed et servi corrupti contra eum dari. Licet enim is servus deterior à sollicitatore minimè factus est, et idè non concurrant regulæ quæ servi corrupti actionem introducunt : tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut sit ei pœnalis actio imposita, tanquam si re ipsa fuisset servus corruptus : ne ex hujusmodi impunitate et in alium servum, qui faciliè posset corrumpi, tale facinus à quibusdam perpetretur.

De voluntate domini.

§. 9. Interdum etiam liberorum hominum furtum fit : veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit.

Quarum rerum furtum fit. De liberis hominibus.

§. 10. Aliquando autem etiam suæ rei furtum quis committit : veluti si debitor rem quam creditori pignoris causa dedit

De re propria.

subtraxerit.

Qui tenentur
furti, si eo cu-
jus ope, consilio
furtum factum
est.

§. 11. Interdum quoque furti tenetur qui ipse furtum non fecit: qualis est is, cujus ope et consilio furtum factum est. In quo numero est qui tibi nummos excussit, ut alius eos raperet: aut tibi obsiderit, ut alius rem tuam exciperet, aut oves tuas, vel boves fugaverit, ut alius eas acciperet: et hoc veteres scripserunt de eo qui panno rubro fugavit armentum. Sed si quid eorum per lasciviam, et non data opera, ut furtum admitteretur, factum est: in factum actio dari debet. At ubi ope Mævii Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. Ope, et consilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui scalas fortè fenestris supponit: aut ipsas fenestras vel ostium effringit ut alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum; aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cujus rei gratia commodaverit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantùm consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti.

De his qui sunt
in potestate: et
ope, ac consilio
extranei.

§. 12. Hi qui in parentum vel in dominorum potestate sunt, si rem eis subripiunt, furtum quidem faciunt, et res in furtivam causam cadit (nec ob id ab ullo usucapi potest, antequàm in domini potestatem revertatur); sed furti actio non nascitur: quia nec ex alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si verò ope et consilio alterius, furtum factum fuerit: quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope et consilio ejus furtum factum esse.

Quibus datur
actio furti.

§. 13. Furti autem actio ei competit,

lorsqu'un débiteur enlève à son créancier la chose qu'il lui a donnée en gage.

11. On a quelquefois l'action pénale du vol contre celui qui n'a pas fait le vol lui-même; par exemple, contre celui qui a aidé le voleur de son secours et de ses conseils. Il faut dire la même chose de celui qui ferait tomber des écus de la main de celui qui les tient, pour donner occasion à un autre de les prendre; de celui qui se met devant vous pour qu'un autre prenne votre chose sans que vous le voyez, et de celui qui met en déroute votre troupeau de moutons ou de bœufs, pour qu'un autre les prenne. Mais quand toutes ces choses se font par une mauvaise plaisanterie et non pour favoriser le vol, il y a lieu à l'action expositive du fait. Lorsque Titius commet un vol par le secours de Mævius, tous deux sont soumis à l'action pénale du vol. Un vol est aussi censé fait par le secours et le conseil d'autrui, lorsque quelqu'un place une échelle sous des fenêtres, ou brise les fenêtres ou les portes pour qu'un autre commette le vol; ou lorsque quelqu'un prête en connoissance de cause des ferremens pour faire effraction, ou une échelle pour être placée sous une fenêtre. Il est cependant certain, que celui qui n'a pas aidé le voleur de son secours, mais qui a seulement conseillé en général à quelqu'un de voler, n'est point soumis à l'action pénale du vol.

12. Quand les enfans ou les esclaves prennent quelque chose à leur père ou à leur maître, sous la puissance desquels ils sont, ils se rendent véritablement coupables de vol, et la chose devient infectée du vice de vol (ce qui fait que personne ne peut l'acquérir par la prescription, avant qu'elle soit retournée dans la puissance du vrai maître); mais il n'y a pas lieu en ce cas à l'action pénale du vol, parce qu'il ne peut y avoir aucune action entre ces sortes de personnes pour quelque cause que ce soit. S'ils ont commis ce vol par le secours et le conseil d'un autre, comme il y a un véritable vol, celui qui a donné secours ou conseil est soumis à l'action pénale du vol; parce qu'il y a un véritable vol fait par son secours et son conseil.

13. L'action pénale du vol appartient à

celui qui a intérêt que la chose n'ait point été volée, quand même il ne seroit pas propriétaire. Cette action n'appartient même au propriétaire, qu'autant qu'il a intérêt que la chose ne soit pas perdue pour lui.

14. Il s'ensuit delà, qu'un créancier à qui on a volé la chose qu'il a reçue en gage, peut intenter l'action pénale du vol, quand même son débiteur seroit d'ailleurs solvable, parce qu'il a intérêt d'avoir un gage entre ses mains, plutôt que d'être obligé de courir après son débiteur. Le créancier auroit l'action pénale du vol contre le débiteur lui-même, s'il lui avoit enlevé la chose qu'il lui avoit donnée en gage.

15. Si un foulon ou un tailleur qui ont reçu des étoffes pour les apprêter ou les mettre en œuvre moyennant un salaire convenu, perdent ces étoffes par le vol qui leur en est fait, l'action pénale du vol appartiendra à eux-mêmes, et non au propriétaire; parce que le propriétaire n'a aucun intérêt que la chose n'ait point été volée, puisqu'il a contre le foulon ou le tailleur, l'action du loyer pour se la faire rendre. Quoique l'acheteur de bonne foi ne soit pas maître, il a cependant l'action pénale du vol contre celui qui lui prend la chose qu'il a achetée, à l'exemple du créancier à qui on vole le gage qu'il a reçu. Mais le foulon et le tailleur n'ont l'action pénale du vol, qu'autant qu'ils sont solvables, c'est-à-dire qu'ils sont en état de rendre au maître le prix de ses étoffes: car s'ils ne sont pas solvables, comme le maître ne pourroit pas tirer d'eux ce qui lui appartient, il auroit lui-même l'action pénale du vol, parce qu'alors il auroit intérêt que la chose n'ait point été volée. Il en sera de même dans le cas où le foulon et le tailleur ne seroient solvables qu'en partie.

16. Les anciens ont pensé que ce qui vient d'être dit du foulon et du tailleur, devoit s'appliquer à celui qui a reçu une chose à titre de prêt. Car de même que le foulon, en recevant un salaire, est chargé de la garde de la chose, de même aussi celui qui a reçu une chose à titre de prêt pour s'en servir, est responsable de la garde de la chose. Mais nous avons changé quelque chose à cette jurisprudence dans nos décisions, et nous avons voulu qu'il fût libre en

cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus intersit rem non perire.

§. 14. Unde constat creditorem de pignore subrepto furti actione agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere, quam in personam agere: adeò quidem, ut quamvis ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

De pignore subrepto creditori.

§. 15. Item si fullo polienda curandave, aut sarcinator facienda vestimenta mercede certa constituta acceperit, eamque furto amiserit: ipse furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil interest eam rem non perire, quum judicio locati à fullone aut sarcinatore rem suam persequi possit. Sed et bonæ fidei emptori subrepta re, quam emerit, quamvis dominus non sit, omnino competit furti actio, quemadmodum et creditori. Fulloni verò et sarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quam si solvendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem solvere possint. Nam si solvendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit: ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse. Idem est, et si in parte solvendo fuerit fullo, aut sarcinator.

De re fulloni, vel sarcinatori, vel bonæ fidei emptori subrepta.

§. 16. Quæ de fullone et sarcinatore diximus, eadem et ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus emendavit: ut in domini voluntate sit: sive commodati actionem adversus eum, qui rem commo-

De re commodata.

datam accepit, movere desiderat; sive furti adversus eum qui rem subripuit: et alterutra earum electa, dominum non posse ex poenitentia ad alteram venire actionem. Sed siquidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit, penitus liberari: sin autem commodator veniat adversus eum qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem. Ita tamen, si dominus sciens rem esse subreptam adversus eum, cui res commodata fuerit, pervenit: sin autem nescius et dubitans rem esse subreptam, apud eum commodati actionem instituerit, postea autem re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem pervenire: tunc ei licentia conceditur et adversum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo; quoniam incertus constitutus movit adversus eum qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum fuerit: tunc enim omnino furem à domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit; cum manifestissimum sit, etiamsi ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transierit; omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcumque causæ exitum dominus adversus furem habuerit. Eadem definitione obtinente, sive in parte, sive insolidum solvendo sit is, qui rem commodatam acceperit.

ce cas au propriétaire d'intenter l'action du prêt contre celui à qui il a prêté sa chose, ou l'action pénale du vol contre celui qui a volé cette même chose; de manière que lorsque le propriétaire aura choisi une de ces actions, il ne pourra pas varier et passer à l'autre. S'il préfère d'intenter l'action pénale contre le voleur, celui qui a reçu la chose à titre de prêt sera absolument libéré; s'il aime mieux agir contre celui à qui il a donné la chose à titre de prêt, il ne pourra plus intenter l'action pénale contre le voleur; cette action appartiendra au contraire à celui que le maître a actionné en conséquence du prêt. Tout ceci doit s'entendre du cas où le maître, en actionnant celui à qui il a prêté sa chose, aura eu connoissance que cette même chose avoit été volée: car si, dans l'ignorance ou l'incertitude du vol, il intente l'action du prêt, et qu'ensuite ayant connoissance que la chose a été volée, il offre de faire remise de l'action du prêt pour être admis à intenter celle du vol, il pourra sans aucun obstacle intenter l'action pénale du vol; parce que c'est dans l'incertitude du vol qu'il a intenté l'action du prêt. Mais, pour que le maître puisse ainsi abandonner l'instance qu'il a commencée en vertu de l'action du prêt, pour passer à l'action pénale du vol, il faut qu'il n'ait pas reçu de celui à qui il a prêté la chose tout ce qu'il avoit droit d'exiger de lui en conséquence de l'action du prêt: car s'il a été satisfait, le voleur est absolument libéré vis-à-vis de lui; il n'est plus soumis à l'action du vol que vis-à-vis de celui qui a rendu au maître tout ce qu'il lui devoit en conséquence du prêt. En effet, il est très-certain que si le maître, ignorant que la chose a été volée, commençoit par intenter l'action du prêt, et qu'ensuite ayant connoissance du vol, il passe à l'action pénale du vol, celui à qui la chose a été prêtée seroit absolument libéré vis-à-vis de lui, quel que dût être le sort de l'instance poursuivie par le maître contre le voleur. Cette décision aura également lieu, soit que celui qui a reçu la chose à titre de prêt soit solvable pour le tout, soit qu'il ne soit solvable qu'en partie.

17. Le dépositaire n'est pas responsable de la garde de la chose; on n'a d'action contre

De re deposita. §. 17. Sed is apud quem res deposita est, custodiam non præstat: sed tantum

lui que relativement à ce dont il s'est rendu coupable par mauvaise foi. Ainsi si la chose lui a été volée, comme il n'est pas obligé de la rendre en vertu du dépôt, et que par conséquent il n'a aucun intérêt qu'elle n'ait pas été volée, il ne pourra pas intenter l'action pénale du vol; cette action appartient au propriétaire.

18. On a demandé si un impubère qui détourne la chose d'autrui commet un véritable vol? On a décidé que le vol ne pouvant se commettre sans l'intention de voler, l'impubère ne pouvoit se rendre coupable de ce crime, qu'autant qu'il seroit proche de la puberté, et en état de savoir qu'il fait une faute.

19. L'action pénale du vol, soit au double soit au quadruple, n'a pour objet que la punition du voleur. Car le maître conserve toujours le droit de demander sa chose par action réelle ou personnelle. L'action réelle a lieu contre tout possesseur de la chose volée, soit le voleur lui-même, soit tout autre. L'action personnelle, qu'on appelle ici *condictio furtiva*, a lieu contre le voleur et son héritier, dans le cas même où il ne possède pas.

TITRE II.

DU VOL AVEC VIOLENCE.

CELUI qui vole avec violence est soumis à l'action pénale du vol comme les autres voleurs; car personne ne prend une chose plus contre le gré du maître, que celui qui la lui prend avec violence. C'est pourquoi on a dit de ce dernier qu'il étoit un voleur effronté. Cependant le préteur a introduit, par rapport à cette espèce de vol, une action particulière qu'on appelle action en cas de vol violent, *vi bonorum raptorum*. Cette action contient dans le cours de l'année du vol la restitution au quadruple, et après l'année la restitution au simple. Cette action est avantageuse, et peut être intentée dans le cas même où on auroit volé avec violence une chose de peu de conséquence. La restitution au quadruple n'est pas pénale en son entier, comme nous l'avons dit de l'action du vol manifeste, mais cette condamnation au qua-

in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit. Qua de causa si res ei subrepta fuerit: quia restituendæ ejus rei nomine depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem salvam esse, furti agere non potest: sed furti actio domino competit.

§. 18. In summa sciendum est, quæsitum esse, an impubes rem alienam amovendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu furandi consistit, ita demùm obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, et ob id intelligat se delinquere.

An impubes furti teneatur.

§. 19. Furti actio, sive dupli sive quadrupli, tantùm ad pænæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando aut condicendo potest auferre. Sed rei vindicatio quidem adversus possessorem est; sive fur ipse possidet, sive alius quilibet: condictio autem adversus furem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit.

Quid veniat in hanc actionem, et de affinitibus actionibus.

TITULUS II.

DE VI BONORUM RAPTORUM.

QUI res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem invito domino contractat, quàm qui vi rapit? ideoque rectè dictum est, eum improbum furem esse): sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur *vi bonorum raptorum*: et est intra annum quadrupli, post annum simpli: quæ actio utilis est, etiamsi quis unam rem, licet minimam, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus, sed in quadruplo inest et rei persecutio, ut pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. Ridiculum enim esset, levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quàm qui clam amovet.

Origo hujus actionis, et quid in eam veniat.

druple contient aussi la restitution de la chose : en sorte que la peine n'est qu'au triple, soit que le voleur violent soit pris sur le fait, soit qu'il soit arrêté après. Il seroit ridicule en effet que le voleur violent fût mieux traité que celui qui vole sans violence.

1. Cette action a lieu contre celui qui vole violemment et avec fraude. Car si quelqu'un, trompé par une juste erreur, pense qu'une chose qu'un autre possède est à lui, et qu'ignorant la disposition des lois il la prenne avec violence, croyant qu'il est permis au propriétaire de se saisir avec violence de sa chose, quelque part où il la trouve, il convient qu'il soit absous. Par la même raison, celui qui auroit volé simplement une chose dans le même esprit, ne seroit pas soumis à l'action pénale du vol. Mais, de peur que sous ces prétextes les voleurs violens ne trouvent des moyens de commettre impunément leurs forfaits, les constitutions des princes ont décidé avec plus de sagesse, qu'il ne seroit permis à personne d'enlever avec violence une chose mobilière, ou qui a du mouvement par elle-même, quand on croiroit que cette chose est à soi. Si quelqu'un contrevient à cette disposition, les princes ont ordonné qu'il perdrait la propriété de la chose, si elle étoit véritablement à lui, et si elle n'étoit pas à lui, il sera obligé, outre la restitution, à en payer la valeur. Ces constitutions ont lieu non-seulement dans les choses mobilières qui peuvent être enlevées avec violence, mais encore par rapport aux choses immobilières dont on s'empare par violence. On a voulu par ces sages dispositions détourner les hommes de toute espèce de vols violens.

2. Pour être admis à intenter cette action, il n'est pas nécessaire d'être propriétaire de la chose volée avec violence. Cette action a lieu, soit qu'on soit propriétaire ou non; pourvu cependant qu'on ait intérêt de la conserver. Ainsi, lorsqu'il s'agit d'une chose donnée à loyer, prêtée, déposée à quelqu'un qui a intérêt qu'elle ne lui soit pas enlevée avec violence (par exemple si le dépositaire s'est chargé de la garde), ou d'une chose achetée de bonne foi, ou sur laquelle on a un droit d'usufruit, ou quelque autre droit, en sorte qu'on ait intérêt qu'elle ne soit pas enlevée avec violence, on a l'action dont il

Adversus quos, §. 1. Ita tamen competit hæc actio, si dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem suam esse existimans, et imprudens juris, eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim suam auferre à possessoribus, absolvi debet. Cui scilicet conveniens est, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via per quam raptores impunè suam exerçant avaritiam : meliùs divalibus constitutionibus pro hæc parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem vel se moventem, licèt suam eandem rem existimet : sed si quis contra statuta principum fecerit, rei quidem suæ dominio cadere : siu autem aliena res sit, post restitutionem ejus, etiam æstimationem ejusdem rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt : sed etiam in invasionibus quæ circa res soli fiunt, ut ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

Et quibus datur. §. 2. Sanè in hac actione non utique expeclatur, rem in bonis actoris esse : nam sive in bonis sit, sive non : si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare sive locata, sive commodata, sive etiam pignorata, sive deposita sit res apud Titium, sic ut intersit ejus eam rem per vim non auferri (veluti si in deposita re culpam quæque promisit), sive bona fide possideat, sive usumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut intersit ejus non rapi : dicendum est ei competere hanc actionem, non ut dominium accipiat, sed illud solum quod ex bonis

s'agit, non pour recouvrer le domaine de la chose, mais à raison du dommage qu'on souffre dans ces biens par cet enlèvement violent. On peut dire en général que cette action a lieu dans tous les cas où on auroit l'action pénale du vol, si le vol avoit été fait sans violence.

TITRE III.

DE LA LOI AQUILIA.

LA loi Aquilia a introduit une action par rapport au dommage injustement causé à autrui. Le premier chapitre de la loi porte que celui qui aura tué injustement l'esclave d'autrui, ou une bête appartenante à autrui, qui soit du nombre de celles qui font troupeau, sera condamné envers le maître à lui rendre l'estimation de la chose, suivant la plus haute valeur qu'elle aura eue dans l'année.

1. La loi ne parle pas d'une bête en général, mais seulement de celles qui font troupeau ; parce que sa disposition ne concerne pas les bêtes fauves et les chiens, mais seulement les animaux qui vont à la pâture en troupeau, comme les chevaux, les mulets, les bêtes asines, les moutons, les bœufs, les chèvres. On a décidé la même chose par rapport aux porcs, parce qu'ils sont compris dans le nombre des bêtes faisant troupeau : car les porcs vont aussi à la pâture en troupeau. Voici comme en parle Homère dans l'Odyssée, ainsi que le rapporte Marcien dans ses institutions : « Le pâtre Œumée est auprès d'un grand troupeau de porcs qui paissent dans la campagne, auprès de la roche de Corax et de la fontaine Aréthuse. »

2. Celui-là est dit tuer injustement, qui tue sans aucune juste cause. Ainsi celui qui tue un voleur qui l'attaque, n'est point soumis à la peine de la loi Aquilia, en supposant pourtant qu'il n'ait pu éviter le danger autrement qu'en le tuant.

3. Celui qui tue par hasard n'est pas soumis à la peine portée par cette loi, pourvu qu'il n'y ait aucune faute de sa part ; car cette loi ne punit pas moins les fautes que le dol.

ejus, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex eisdem causis omnes habere hanc actionem.

TITULUS III.

DE LEGE AQUILIA.

DAMNI injuriæ actio constituitur per legem Aquiliam : cujus primo capite cautum est, ut si quis alienum hominem alienamve quadrupedem, quæ pecudum numero sit, injuria occiderit : quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

Summa Caput
primum.

§. 1. Quod autem non præcisè de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cavetur : eò pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus : sed de iis tantum, quæ gregatim propriè pasci dicuntur : quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, capræ. De suis quoque idem placuit. Nam et sues pecudum appellatione continentur : quia et hi gregatim pascuntur. Sic denique et Homerus in Odyssea ait (sicut Ælius Martianus in suis constitutionibus refert).

De quadrupede
quæ pecudum
numero est.

Δῆες τὸν ἠ σὺν ἑστὶ παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται
πρὸς Κόρακος πέτρῃ ἐπὶ τῆ κρήνῃ Ἀρεθούσῃ. Id est,
Sectantem videas, qui errant per pascua
porcos

Ad Coracis saxum, juxta fontemque Aréthusam.

§. 2. Injuria autem occidere intelligitur, qui nullo jure occidit. Itaque qui latronem insidiatorem occiderit : non tenetur, utique si aliter periculum effugere non potest.

De injuria.

§. 3. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit, si modò culpa ejus nulla inveniatur : nam alioqui non minùs ex dolo quàm ex culpa quisque hac lege tenetur,

De casu, dolo,
culpa.

De jaculatione. §. 4. Itaque si quis dum jaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem servum tuum trajecit, distinguitur. Nam si id à milite in eo campo, ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa ejus intelligitur: si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. Idem juris est de milite, si in alio loco quàm qui ad exercitandum militibus destinatus est, id amiserit.

De putatione. §. 5. Item si putator ex arbore dejecto ramo servum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque proclamavit, ut casus evitari posset, culpæ reus est: sed si proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator. Æquè extra culpam esse intelligitur, si seorsum à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licèt non proclamavit: quia in eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi.

De curatione relicta. §. 6. Præterea si medicus qui servum tuum secuit, dereliquerit curationem ejus, et ob id mortuus fuerit servus, culpæ reus erit.

De imperitia medici. §. 7. Imperitia quoque culpæ adnumeratur: veluti si medicus idè servum tuum occiderit, quia malè eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

De imperitia aut infirmitate mulionis aut equo vecti. §. 8. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si servus tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio. Sed et si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior retinere eas potuisset, æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit.

Quanti damnum æstimatur, et de heredibus. §. 9. His autem verbis legis, *quanti id eo in anno plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur, ut si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit, non tanti teneatur, quanti hodie erit: sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est penalem esse hujus legis actionem: quia non

4. Ainsi, si un homme qui lance des javalots par divertissement ou par exercice, perce votre esclave qui passe par l'endroit où il est, on distinguera si ce meurtre a été fait par un militaire dans un lieu destiné aux exercices, et alors il n'y aura aucune faute de sa part; mais si le meurtre a été commis par un autre, il y a de sa faute. Il y auroit même de la faute dans un militaire, s'il avoit commis ce meurtre dans un lieu qui n'étoit pas destiné aux exercices militaires.

5. De même si un élagueur laissant tomber une branche, tue votre esclave qui passoit près de l'arbre, on distinguera si le fait s'est passé près d'un grand chemin, ou d'un chemin de traverse; et si l'ébrancheur n'a pas crié pour faire éviter l'accident, il est en faute; s'il a crié, et que l'esclave n'ait pas pris soin d'éviter le danger, il n'y a aucune faute de sa part. Cet élagueur ne seroit point encore en faute, quoiqu'il n'eût pas crié, s'il travailloit dans un endroit éloigné du chemin ou au milieu d'un champ, parce qu'aucun étranger n'a droit de rester dans cet endroit.

6. Si un médecin, après avoir incisé votre esclave l'abandonne, et qu'il ait été ainsi la cause de sa mort, il est en faute.

7. L'ignorance est aussi mise en cette matière au nombre des fautes: par exemple si un médecin a causé la mort de votre esclave, parce qu'il l'a mal pansé, ou qu'il lui a donné un médicament mal-à-propos.

8. Si votre esclave est écrasé par l'impétuosité des mules, que le muletier par ignorance n'a pu retenir, ce muletier est en faute. Il est également coupable, si c'est parce qu'il étoit trop foible qu'il n'a pu les retenir, et si un homme plus fort avoit pu les arrêter. On a décidé la même chose à l'égard d'un cavalier qui n'auroit pu retenir l'impétuosité de son cheval par ignorance ou par foiblesse.

9. Ces paroles de la loi, suivant la plus haute valeur que la chose aura eue dans l'année, doivent être prises dans ce sens: que si on vous tue aujourd'hui un esclave boiteux; manchot, borgne, lequel dans le cours de l'année avoit tous ses membres, et étoit plus précieux, on ne condamnera pas le coupable à vous rendre l'estimation de cet esclave suivant la valeur qu'il a aujourd'hui, mais

suivant la plus haute valeur qu'il a eue dans l'année : c'est ce qui a fait dire que cette action étoit pénale, parce qu'on n'est pas simplement obligé à proportion du dommage qu'on a causé, mais la condamnation excède quelquefois cette proportion. Par conséquent il est certain que cette action ne passe pas contre l'héritier de celui qui a causé le dommage, au lieu qu'elle passeroit contre lui si la condamnation n'excédoit jamais le dommage causé.

10. On a décidé, en se conformant non aux paroles, mais à l'esprit de la loi, qu'on feroit non-seulement l'estimation du corps, suivant ce que nous venons de dire, mais qu'on auroit encore égard au tort que souffre le maître à l'occasion de la perte qu'il fait de sa chose : par exemple si on tue votre esclave avant qu'il ait accepté par votre ordre une succession à laquelle il étoit appelé par un testament ; car dans ce cas on doit faire l'estimation de la succession que vous perdez. De même si on vous tue une mule dont vous aviez la pareille, ou un des quatre chevaux dont vous aviez l'attelage complet, ou un esclave du nombre de vos comédiens, on doit estimer non-seulement l'animal ou l'esclave que vous avez perdu, mais encore la perte que vous faites sur les autres, dont la valeur diminue à cette occasion.

11. Celui dont on a tué l'esclave est le maître d'intenter civilement l'action de la loi Aquilia, ou criminellement l'action de la loi Cornélia.

12. Le second chapitre de la loi Aquilia n'est plus en usage.

13. Le troisième chapitre concerne toutes les autres espèces de dommages différentes de celles dont nous venons de parler. Ainsi celui qui blesse un esclave ou une bête du nombre de celles qui font troupeau, ou qui blesse ou tue une bête qui n'est pas du nombre de celles qui font troupeau, comme un chien, une bête fauve, est puni par la disposition de ce troisième chapitre. On venge aussi dans ce chapitre tout dommage causé injustement sur tous les autres animaux, et sur les êtres inanimés ; et il y a une action établie contre tous ceux qui ont brûlé, rompu, brisé les choses d'autrui, quoiqu'on auroit pu se contenter de parler en général de ceux qui auroient rompu les

non solum tanti quisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longè pluris. Ideoque constat in heredem eam actionem non transire, quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur.

§. 10. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit : non solum perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea quæ diximus : sed eo amplius quicquid præterea perempto eo corpore, damni vobis illatum fuerit : veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum, antè quis occiderit, quam is jussu tuo hereditatem adierit : nam hereditatis quoque amissæ rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel ex comœdis unus servus occisus fuerit : non solum occisi fit æstimatio, sed eò amplius, id quoque computatur, quanti depretiati sunt qui supersunt.

Quid æstimatur.

§. 11. Liberum autem est ei cujus servus occisus fuerit, et ex judicio privato legis Aquiliæ damnum persequi, et capitalis criminis eum reum facere.

De concursu hujus actionis, et capitalis.

§. 12. Caput secundum legis Aquiliæ in usu non est.

Caput secundum

§. 13. Capite tertio de omni cætero cavetur. Itaque, si quis servum vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero est, vulneraverit : sive eam quadrupedem, quæ pecudum numero non est, veluti canem aut feram bestiam vulneraverit, aut occiderit ; hoc capite actio constituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnum per injuriam datum hac parte vindicatur. Si quid enim ustum aut ruptum aut fractum fuerit : actio ex hoc capite constituitur quanquam poterat sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere. Raptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Unde non

Caput tertium. Quid damnus vindicatur.

solùm fracta, aut usta, sed etiam scissa, et collisa, et effusa, et quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. Denique responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum, id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumpetur: ex hac parte legis Aquiliæ eum teneri.

De dolo et culpa.

§. 14. *Ilud palàm est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur: si dolo aut culpa ejus homo aut quadrupes occisus occisave fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, et de cætero damno quemque teneri. Ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.*

Quanti damni æstimatur.

§. 15. *At nec plurimi quidem verbum adjicitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte plurimi verbum adjectum fuisset. Nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo usa esset.*

De actione directa, utili, et in factum.

§. 16. *Cæterùm placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipuè corpore suo damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent: veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit, ut rumpere-tur: aut pecus in tantum exagitaverit, ut præcipitaretur: aut si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, et is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit: utilis actio in eum datur. Sed si quis alienum servum aut de ponte aut de ripa in flumen dejecerit, et is suffocatus fuerit: eo quòd projecit, corpore suo damnum*

choses d'autrui: car le mot rompu s'entend de tout ce qui est corrompu, de quelque manière que ce soit; ce qui fait que ce mot s'applique non-seulement aux choses brisées et brûlées, mais encore à celles qui sont déchirées, fracassées, répandues, détruites ou détériorées de quelque manière que ce soit. Enfin on a décidé que la disposition de ce chapitre de la loi Aquilia s'étendoit à ceux qui auroient mêlé dans le vin ou l'huile d'autrui, quelque chose capable d'altérer sa bonté naturelle.

14. Comme le premier chapitre de la loi Aquilia ne comprend que ceux qui ont tué l'esclave ou l'animal appartenant à autrui, frauduleusement ou par leur faute, de même aussi le chapitre dont nous traitons ne s'applique qu'aux autres espèces de dommages également causés par le dol ou par la faute de quelqu'un. Cependant celui qui a causé le dommage dont il s'agit dans ce chapitre, n'est point obligé à rendre l'estimation de la chose suivant la plus haute valeur qu'elle peut avoir eue dans l'année, mais seulement suivant celle qu'elle a eue dans le mois.

15. On n'ajoute pas même, suivant la plus haute valeur que la chose a eue dans le mois. Mais Sabin a décidé avec raison que l'estimation devoit se faire comme si ces paroles avoient été ajoutées; parce que la partie inférieure du peuple Romain, qui a porté cette loi, à la réquisition de Gallus-Aquilius, son tribun, a cru qu'il suffisoit qu'on eût exprimé ces paroles dans le premier chapitre.

16. On a décidé que l'action directe de la loi Aquilia ne pouvoit avoir lieu que dans le cas où quelqu'un auroit causé du dommage à un autre par l'interposition de son corps. Ainsi ceux qui ont causé du dommage de toute autre manière, ne sont soumis qu'à l'action utile de la loi Aquilia: par exemple si quelqu'un enferme un esclave ou un troupeau, de manière qu'il soit mort de faim; s'il a tellement chargé une bête de somme qu'elle ait été écrasée sous le poids; s'il a tellement mis en déroute un troupeau qu'il soit tombé dans un précipice; s'il a persuadé à l'esclave d'autrui de monter sur un arbre ou de descendre dans un puits, et qu'en montant ou en descendant l'esclave se soit tué ou blessé: il y a lieu dans tous ces cas à l'action utile de la loi Aquilia. Mais si quelqu'un

avoit jeté un esclave de dessus un pont ou de la rive dans le fleuve, et que cet esclave eût été étouffé; comme en le jettant il a causé ce dommage par l'interposition de son corps, on auroit contre lui l'action de la loi Aquilia. Dans le cas où on a causé un dommage sans l'interposition de son corps, et sans blesser un corps appartenant à autrui, comme on ne pourroit appliquer ni l'action directe ni l'action utile de la loi Aquilia, on donne contre celui qui a causé le dommage, une action expositive du fait: par exemple, si quelqu'un délie par compassion l'esclave d'autrui qui étoit enchaîné, afin de le mettre en état de s'enfuir.

TITRE IV.

DES INJURES.

LE terme d'injure signifie en général tout ce qui se fait injustement. Ce même terme pris dans un sens moins étendu, signifie un affront, *contumelia*, qui tire son étymologie du mot latin qui signifie mépris. Les Grecs l'expriment par un terme qui signifie arrogance, ou par un autre qui signifie faute, dans le sens où le mot de faute se prend dans la loi Aquilia. Les Grecs l'appellent encore iniquité ou injustice: car la partie contre laquelle le juge ou le préteur prononce injustement est dite avoir reçu une injure.

1. On fait injure à quelqu'un, non-seulement lorsqu'on le frappe à coups de poing, à coup de bâton ou autrement, mais encore lorsqu'on lui fait un affront, ou lorsqu'on fait saisir injustement les biens de quelqu'un qu'on sait n'être pas son débiteur; lorsqu'on compose, qu'on publie, ou qu'on fait frauduleusement composer ou publier par un autre un libelle diffamatoire, pour noircir la réputation de quelqu'un; lorsqu'on poursuit avec affectation une mère de famille, une jeune fille ou un jeune garçon, ou lorsqu'on attente à leur pudeur; enfin on commet encore l'injure de plusieurs autres manières.

2. Nous souffrons une injure, non-seulement lorsqu'elle nous est faite directement, mais encore lorsqu'elle est faite aux enfans qui sont sous notre puissance, et à notre

dedisse, non difficilement intelligi potest: ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit: sed alio modo alicui damnum contigerit: quum non sufficiat, neque directa, neque utilis legis Aquiliæ actio, placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti si quis misericordia ductus, alienum servum compeditum solverit, ut fugeret.

TITULUS IV.

DE INJURIIS.

GENERALITER injuria dicitur omne, quod non jure fit: specialiter, aliàs contumelia, quæ à contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant: aliàs culpa, quam Græci ἔγκλημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum injuria datum accipitur, aliàs iniquitas et injustitia, quam Græci ἀνομίαν ἢ ἀδικίαν vocant: cum enim prætor vel judex non jure contra quem pronunciat, injuriam accepisse dicitur.

Verbum injuria quot modis accipitur.

§. 1. Injuria autem committitur, non solum cum quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed et si cui convicium factum fuerit, sive cujus bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen, aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: sive quis matremfamilias aut prætextatum, prætextatamve adsectatus fuerit: sive cujus pudicitia attentata esse dicitur; et denique aliis plurimis modis admitti injuriam manifestum est.

Quibus modis fit injuria.

§. 2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet: itemque per uxorem suam: id enim magis

Qui et per quos injuriam patitur. De parente et liberis, viro, uxore, socero et nuru.

prævaluit. Itaque si filiæ alicujus, quæ Titio nupta est, injuriam feceris: non solum filiæ nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque et mariti nomine. Contrà autem, si viro injuria facta sit: uxor injuriarum agere non potest. Defendi enim uxores à viris, non viros ab uxoribus, æquum est. Sed et socrer nurus nomine, cujus vir in ejus potestate est, injuriarum agere potest.

De servo.

§. 3. Servis autem ipsis quidem nulla injuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis quibus etiam per liberos et uxores: sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, et quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum servum atrociter verberaverit: et in hunc casum actio proponitur. At si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit: nulla in eum actio domino competit.

De servo communi.

§. 4. Si communi servo injuria facta sit: æquum est non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri: sed ex dominorum persona: quia ipsis fit injuria.

De servo fructuario.

§. 5. Quod si ususfructus in servo Titii est, proprietas Mævii, magis Mævio injuria fieri intelligitur.

De eo qui bona fide servit.

§. 6. Sed si libero homini, qui tibi bona fide servit injuria facta sit; nulla tibi actio dabitur: sed suo nomine is experiri poterit: nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tunc enim competit et tibi injuriarum actio. Idem ergo est et in servo alieno bona fide tibi serviente: ut totiens admittatur injuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam injuria ei facta sit.

Pœna injuriarum ex lege duodecim tabularum.

§. 7. Pœna autem injuriarum ex lege duodecim tabularum propter membrum

femme; car ce sentiment a prévalu. Ainsi si vous faites injure à la fille de quelqu'un mariée à Titius, l'action d'injure peut être intentée contre vous, non-seulement au nom de la fille, mais encore au nom du père et du mari. Mais lorsque l'injure est faite au mari, la femme ne peut point intenter l'action d'injure; la bienséance demande que les femmes soient défendues par leurs maris, et non les maris par leurs femmes. Le beau-père peut aussi intenter l'action d'injure relativement à l'injure qui auroit été faite à sa bru, femme du fils qu'il a sous sa puissance.

3. On ne peut faire directement aucune injure aux esclaves; mais l'injure qu'on leur fait retombe sur leurs maîtres; non pas cependant de la même manière que l'injure faite aux enfans et aux femmes retombe sur les pères et les maris, mais dans le cas seulement où on maltraite un esclave d'une manière qui marque le mépris qu'on fait de son maître, par exemple si on frappe avec cruauté l'esclave d'autrui; et c'est en ce cas que le maître a action. Mais si on faisoit affront à un esclave, ou si on lui donnoit un coup de poing, le maître n'auroit aucune action.

4. Lorsque l'injure est faite à un esclave appartenant à plusieurs propriétaires, l'estimation de l'injure ne se fera pas simplement à raison de la portion de domaine que chaque maître a sur l'esclave; on a encore égard à la différente qualité de ces maîtres, parce que c'est à eux mêmes à qui l'injure est faite.

5. Lorsque l'usufruit d'un esclave est séparé de sa propriété, l'injure est censée faite au propriétaire, plutôt qu'à l'usufruitier.

6. Si vous possédez de bonne foi un homme libre comme s'il étoit votre esclave, vous n'aurez pas d'action relativement à l'injure qui lui aura été faite: il pourra lui-même intenter cette action en son nom; à moins qu'il n'eût été frappé par mépris pour vous: car vous pourriez alors intenter l'action en réparation d'injure. Il en sera par conséquent de même par rapport à l'esclave d'autrui que vous possédez de bonne foi comme votre esclave; vous aurez l'action en réparation d'injure, toutes les fois que l'injure lui aura été faite par mépris pour vous.

7. La peine des injures étoit, suivant la loi des douze tables, pour un membre rompu,

la peine du talion; pour un os cassé, la peine étoit pécuniaire, peine qui devoit paroître considérable, eu égard à la pauvreté de nos ancêtres. Mais dans la suite les préteurs ont permis à ceux qui avoient souffert l'injure, d'en faire eux-mêmes l'estimation; et le juge pouvoit, selon sa prudence, condamner celui qui avoit fait l'injure à la somme fixée par celui qui l'avoit soufferte, ou à une moindre somme. Mais la peine des injures introduite par la loi des douze tables est tombée en désuétude, et on n'admet plus dans les jugemens que la peine introduite par les préteurs, et qui par cette raison s'appelle honoraire; car l'estimation de l'injure croit ou décroît à proportion de la dignité et de la probité de celui à qui elle a été faite. Cette proportion s'observe même par rapport à l'injure faite aux esclaves. On porte plus haut l'estimation de l'injure faite à l'esclave qui fait les affaires de son maître, moins haut celle qui est faite à un esclave dont les services sont de moindre conséquence, et on estime peu l'injure faite à un esclave méprisé ou enchaîné pour sa mauvaise conduite.

8. La loi Cornélia a aussi une disposition concernant les injures; elle a introduit une action en réparation d'injures, dans le cas où quelqu'un se plaindroit d'avoir été poussé, frappé, ou de ce qu'on seroit entré dans sa maison par violence. Quand nous disons sa maison, nous entendons l'endroit où il demeure, soit qu'il soit dans sa propre maison, ou qu'il loge dans la maison d'autrui à titre de loyer, ou qu'il y soit reçu gratuitement ou à titre d'ami.

9. L'atrocité de l'injure s'estime ou par la qualité de l'action, par exemple si quelqu'un a été blessé ou frappé à coups de bâton; ou par l'endroit où s'est fait l'injure, par exemple si c'est au théâtre, dans la place publique, en présence du préteur; ou par la qualité de la personne, par exemple si l'injure a été faite à un magistrat ou à un sénateur, par une personne de basse condition, ou à des parens ou des patrons par des enfans ou des affranchis: car on estime différemment l'injure faite à un sénateur, à un père, à un patron, et celle qui est faite à une personne à laquelle on n'est attaché par aucun lien, ou à une personne de basse condition. On fait quelquefois aussi attention à

quidem ruptum talio erat: propter os verò fractum nummariaë pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea prætores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam æstimare: ut judex vel tanti reum condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex lege duodecim tabularum introducta est, in desuetudinem abiit: quam autem prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in judiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio injuriæ, qui gradus condemnationis et in servili persona non immeritò servatur: ut aliud in servo actore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito jus æstimationis constituatur.

decim tabularum et ex jure prætorio.

§. 8. Sed et lex Cornelia de injuriis loquitur, et injuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem, quòd se pulsatum quis, verberatumve, vel domum suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive in conducta, sive gratis, sive hospitio receptus sit.

Ex lege Cornelia.

§. 9. Atrox injuria æstimatur vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus. Vel ex loco: veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris, injuria facta sit. Vel ex persona: veluti si magistratus injuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronove fiat à liberis vel libertis. Aliter enim senatoris et parentis patronique, aliter extranei et humilis personæ injuria æstimatur. Nonnunquam et locus vulneris atrocem injuriam facit: veluti si in oculo quis percussus fuerit. Parvi autem refert, utrum patrifamilias an filiofamilias talis injuria facta sit: nam et hæc atrox inju-

De æstimatione atrocis injuriæ.

ria æstimabitur.

De iudicio civili et criminali.

§. 10. In summa sciendum est, de omni injuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et siquidem civiliter agitur: æstimatione facta secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter: officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur. Hoc videlicet observando, quod Zenoniana constitutio introduxit, ut viri illustres, quique super eos sunt, et per procuratores possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi vel suscipere. Secundum ejus tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet.

Qui tenentur injuriarum.

§. 11. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id est, qui percussit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit injuriam, vel qui procuravit, ut cui mala pugno percuteretur.

Quomodo tollitur hæc actio.

§. 12. Hæc actio dissimulatione aboletur, et ideò si quis injuriam dereliquerit, hoc est statim passus ad animum suum non revocaverit: postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolare.

TITULUS V.

DE OBLIGATIONIBUS,

QUÆ

Quasi ex delicto nascuntur.

Si iudex litem suam fecerit.

SI iudex litem suam fecerit: non proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, et utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideò videtur quasi ex maleficio teneri; et in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnam sustinebit.

la partie du corps où le coup a été donné; par exemple si quelqu'un a été blessé à l'œil. La différence de la qualité de père ou de fils de famille ne diminue rien de l'atrocité de l'injure.

10. Il faut observer que celui qui a souffert une injure peut en poursuivre la réparation par la voie civile ou criminellement. Si on poursuit cette réparation par la voie civile, on impose une peine au coupable, en estimant l'injure suivant ce que nous venons de dire; si on agit criminellement, le juge inflige au coupable une peine extraordinaire, suivant sa prudence, en observant toujours que, conformément à la constitution de l'empereur Zénon, les personnes illustres et les illustrissimes pourront poursuivre l'action criminelle d'injure, ou défendre contre elle par procureur. On pourra se procurer une idée exacte de ce que contient cette constitution en la lisant.

11. L'action en réparation d'injure a lieu non-seulement contre celui qui a fait l'injure lui-même, c'est-à-dire qui a frappé; mais encore contre celui qui a fait l'injure par l'interposition d'une autre personne, ou qui a été cause que quelqu'un a reçu un soufflet.

12. L'action en réparation d'injure s'éteint par la dissimulation. Ainsi si celui qui a souffert l'injure n'en marque dans l'instant aucun ressentiment, il ne pourra plus par la suite se repentir et recourir à l'action.

TITRE V.

D E S O B L I G A T I O N S

Q U Æ

Naissent d'un quasi-délit.

LORSQU'UN juge a prononcé injustement par ignorance, il est pris à partie, et se trouve lui-même obligé de payer les frais du procès; mais en ce cas il n'est point obligé proprement en vertu d'un délit. Néanmoins, comme cette obligation ne vient ni d'un délit ni d'un contrat, et que cependant il y a quelque faute de sa part commise au moins par ignorance, il est regardé comme obligé en vertu d'un quasi-délit, et il sera condamné à cet égard suivant la prudence du juge.

1. Celui de la chambre duquel on a jeté ou répandu quelque chose qui a causé du dommage à quelqu'un, est obligé par un quasi-délit, soit qu'il loge dans sa propre maison, soit qu'il tienne cette chambre à loyer, ou qu'il y ait été reçu gratuitement. Ce qui fait qu'il n'est pas obligé proprement en vertu d'un délit, c'est qu'il arrive souvent qu'il se trouve obligé par la faute d'un autre, par exemple par la faute de son esclave ou de son affranchi. On doit dire la même chose de celui qui tient posé ou suspendu en dehors de sa maison et du côté où passe le public, quelque chose dont la chute pourroit nuire aux passans ; la peine est dans ce cas de dix pièces d'or. Mais, par rapport à ce qui a été jeté ou répandu, la peine est au double du dommage causé. Si un homme libre a été tué à cette occasion, la peine est de cinquante pièces d'or. Mais si l'homme libre est vivant, et qu'il ait seulement reçu à cette occasion quelque incommodité corporelle, la formule de l'action portera que le juge condamnera suivant sa prudence : car le juge doit avoir égard aux honoraires payés aux médecins, aux dépenses qu'on a été obligé de faire pour la guérison, et des journées de travail qu'a perdues ou que doit perdre celui que cet accident a mis hors d'état de travailler.

2. Si un fils de famille demeure séparément de son père, et qu'on jette ou répande de sa chambre, qu'on y tienne posé ou suspendu quelque chose dont la chute pourroit nuire, Julien pense qu'il n'y auroit aucune action contre le père, et qu'il faudroit agir contre le fils. Il faut observer la même chose par rapport à un fils de famille, qui, étant juge, auroit été pris à partie pour avoir injustement prononcé.

3. Le maître d'un vaisseau, d'un cabaret, d'une hôtellerie, est obligé en vertu d'un quasi-délit, à raison des dommages ou des vols qui se font chez lui, pourvu qu'il n'y ait point de délits de sa part, mais seulement de la part de ceux dont il se sert dans son vaisseau, son cabaret, son hôtellerie. Car, comme il n'y a en ce cas aucune action établie contre lui en vertu d'un délit ou d'un contrat, et qu'il y a cependant quelque faute de sa part à se servir

§. 1. Item is ex cujus cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitat, dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Idè autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberti. Cui similis est is qui ea parte, qua vulgò iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest (si ceciderit) alicui nocere : quo casu pœna decem aureorum constituta est. De eo verò, quod dejectum effusumve est, dupli, quantum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem verò liberum occisum, quinquaginta aureorum pœna constituitur. Si verò vivat, nocitumque ei esse dicatur : quantum ob eam rem æquum judici videtur, actio datur. Judex enim computare debet mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt : præterea operas quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est.

De dejectis, vel effusis, et positis, vel suspensis.

§. 2. Si filiusfamilias seorsum à patre habitaverit, et quid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve fuerit, sive quid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est : Juliano placuit in patrem nullam esse actionem, sed cum ipso filio agendum esse. Quod et in filiofamilias iudice observandum est, qui litem suam fecerit.

De filiofamilias habitante seorsum à patre.

§. 3. Item exercitor navis, aut caupona, aut stabuli, de dolo aut furto, quod in navi aut caupona aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modò ipsius nullum est maleficio, sed alicujus eorum, quorum opera navem, aut cauponam, aut stabulum exercet. Cùm enim neque ex maleficio, neque ex contractu sit adversus eum constituta hęc actio, et aliquatenus culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur : idè quasi

De damno aut furto. quod in nave, aut caupona, aut stabulo factum est.

ex maleficio teneri videtur. In his autem casibus in factum actio competit : quæ heredi quidem datur, adversus heredem autem non competit.

TITULUS VI.

DE ACTIONIBUS.

Continuatio et definitio.

Divisio prima in actiones reales et personales.

De actione confessoria et negatoria.

SUPEREST, ut de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quam jus persequendi in iudicio, quod sibi debetur.

§. 1. Omnium autem actionum quibus inter aliquos apud iudices arbitrosve de quacunque re quaeritur, summa divisio in duo genera deducitur : aut enim in rem sunt, aut in personam. Namque agit unusquisque aut cum eo qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio : quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit adversarium ei dare aut facere oportere, et aliis quibusdam modis. Aut cum eo agit, qui nullo jure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam : quo casu proditæ actiones in rem sunt : veluti si rem corporealem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum ejus se esse dicat : nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

§. 2. Æquè si agat quis, jus sibi esse fundo fortè vel ædibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi : in rem actio est. Eiusdem generis est actio de jure prædiorum urbanorum, veluti si quis agat jus sibi esse altiùs ædes suas tollendi prospiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. Contra quoque de usufructu, et de servitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum urbanorum, invicem quoque proditæ sunt actiones : ut si quis intendat jus non esse adversario utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altiùs tollendi prospiciendive, vel projiciendi immittendive : istæ quoque actiones in rem sunt, sed negativæ. Quod genus actionis

de malhonnêtes gens, il est censé obligé en vertu d'un quasi-délit. Dans tous ces cas il y a lieu à l'action expositive du fait, qui passe aux héritiers, mais non contre les héritiers.

TITRE VI.

DES ACTIONS.

IL nous reste à parler des actions. L'action n'est autre chose que le droit de poursuivre en jugement ce qui nous est dû.

1. La principale division de toutes les actions que les hommes peuvent intenter devant des juges ou des arbitres a deux membres : car toute action est ou réelle ou personnelle. En effet, ou nous actionnons celui qui nous est obligé en vertu d'un contrat ou d'un délit, et alors nous avons des actions personnelles en vertu desquelles nous soutenons que notre adversaire doit nous donner ou faire quelque chose, ou nous formons quelqu'autres demandes contre lui ; ou bien nous actionnons celui qui ne nous est lié par aucune espèce d'obligation, et cependant nous formons quelque demande contre lui : il y a lieu en ce cas aux actions réelles ; par exemple si quelqu'un possède une chose corporelle, laquelle Titius assure être à lui, pendant que le possesseur soutient de son côté qu'elle lui appartient : car si Titius soutient que la chose est à lui, il y a lieu à l'action réelle.

2. C'est encore une action réelle quand quelqu'un soutient qu'il a droit d'usufruit sur un fonds ou sur une maison, droit de passage, droit de conduire de l'eau par le fonds voisin. Il faut dire la même chose des servitudes urbaines : par exemple, si quelqu'un soutient qu'il a droit d'élever sa maison au-delà d'une certaine hauteur, droit de vue sur son voisin, droit d'avoir des saillies sur lui, ou de poser ses poutres dans son mur. On a aussi introduit des actions contraires en matière d'usufruit et de servitudes tant urbaines que rustiques, en vertu desquelles on soutient que l'adversaire n'a pas droit d'usufruit, de passage, d'aqueduc, d'élever sa maison plus haut, d'avoir des vues, des saillies sur le voisin, de poser ses poutres dans son mur. Ces actions

actions sont également réelles, mais elles sont négatoires, elles n'ont jamais lieu en matière de revendication d'une chose corporelle; parce que dans ces revendications, l'action est intentée par celui qui ne possède pas, et celui qui possède n'a point d'action par laquelle il puisse nier que la chose appartienne au demandeur. Il y a cependant des cas où celui qui est en possession est réputé demandeur, comme on le peut voir d'une manière plus détaillée dans les livres du digeste.

3. Les actions dont nous venons de parler, et les autres de même nature, tirent leur origine du droit civil. Il y en a d'autres, tant réelles que personnelles qui ont été introduites par le préteur, en vertu de sa juridiction, dont il est nécessaire de rapporter aussi ici des exemples: ainsi le préteur donne souvent des actions réelles, en permettant à celui qui est en possession de la chose de soutenir qu'il a prescrit, quoiqu'il ne l'ait pas encore fait; ou au contraire, de prétendre que son adversaire n'a pas prescrit, quoiqu'il ait véritablement rempli le temps de la prescription.

4. Car si on suppose qu'une chose a été livrée à quelqu'un à titre translatif de propriété, par exemple à titre de vente, de donation, de dot, de legs, et qu'avant d'en avoir acquis le domaine il en ait par quelque accident perdu la possession, il n'a aucune action civile réelle pour se faire rendre cette possession; parce que les actions réelles sont établies par le droit civil en faveur du propriétaire qui demande ce qui lui appartient. Cependant, comme il étoit dur de refuser l'action en pareil cas, le préteur en a introduit une, en vertu de laquelle celui qui a perdu la possession soutient qu'il avoit prescrit la chose, quoique dans la vérité il ne l'eût pas encore prescrite; en conséquence il la revendique comme propriétaire. Cette action est appelée Publicienne, parce qu'elle a été introduite par l'édit du préteur Publicius.

5. Au contraire si quelqu'un étant absent pour le service de la république, ou sous la puissance des ennemis, consommoit pendant le temps de son absence la prescription qu'il avoit commencée de la chose d'un citoyen resté dans la patrie, il est permis

actionis in controversiis rerum corporaliū proditum non est. Nam in his is agit, qui non possidet: ei verò, qui possidet, non est actio prodata, per quam neget rem actoris esse. Sanè uno casu qui possidet, nihilominus is actoris partes oblinet, sicut in latioribus digestorum libris opportunius apparebit.

§. 3. Sed istæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, et si quæ sunt similes, ex legitimis et civilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt, quas prætor ex sua jurisdictione comparatas habet tam in rem quàm in personam, quas et ipsas necessarium est exemplis ostendere: ut ecce, plerumque ita permittit prætor in rem agere, ut vel actor dicat se quasi usucepisse, quod non usuceperit: vel ex diverso possessor dicat adversarium suum non usucepisse quod usuceperit.

De actionibus prætoriiis realibus.

§. 4. Namque si cui ex justa causa res aliqua tradita fuerit (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) et necdum ejus rei dominus effectus est: si ejus rei possessionem casu amiserit, nullam habet in rem directam actionem ad eam persequendam: quippe ita prodatæ sunt jure civili actiones, ut quis dominium suum vindicet. Sed quia sanè durum erat, eo casu deficere actionem: inventa est à prætore actio, in qua dicit is qui possessionem amisit, eam rem se usucepisse quam usu non cepit; et ita vindicat suam esse: quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primùm à Publicio prætore in edicto proposita est.

De Publiciana.

§. 5. Rursus ex diverso, si quis cùm reipublicæ causa abesset, vel in hostium potestate esset, rem ejus qui in civitate esset, usuceperit: permittitur domino, si possessor reipublicæ causa abesse desierit, tunc intra annum rescissa usucapione eam

De rescissoria.

petere : id est, ita petere, ut dicat possessorem usu non cepisse, et ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam et aliis simili æquitate motus prætor accommodat, sicut ex latiore digestorum seu pandectarum volumine intelligere licet.

De Pauliana.

§. 6. Item si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis ejus à creditoribus possessis ex sententia præsidis, permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione eam rem petere, id est, dicere eam rem traditam non esse, et ob id in bonis debitoris mansisse.

De Serviana et quasi Serviana seu hypothecaria

§. 7. Item Serviana et quasi Serviana (quæ etiam hypothecaria vocatur) ex ipsius prætoris jurisdictione substantiam capiunt. Serviana autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur. Quasi Serviana autem est, qua creditores pignora hypothecasse persequuntur. Inter pignus autem et hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest : nam de qua re inter creditorem et debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata : utraque hac appellatione continetur : sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione, nuda conventionione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

De actionibus prætoris personalibus.

§. 8. In personam quoque actiones ex sua jurisdictione propositas habet prætor : veluti de pecunia constituta : cui similis videbatur receptitia. Sed ex nostra constitutione (cum et si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ trans-

au véritable propriétaire, au retour du possesseur qui a été absent pour le service de la république, de revendiquer sa chose sur lui dans l'année du retour, en faisant annuler la prescription, et de soutenir que le possesseur n'a point prescrit, et que par conséquent la chose n'a pas cessé de lui appartenir. Le prêteur donne aussi cette action à d'autres personnes par la même raison d'équité, comme on peut le voir d'une manière plus détaillée dans les livres du digeste.

6. Si un débiteur dont les biens sont saisis par les créanciers en vertu de l'ordonnance du magistrat, aliène ces mêmes biens en fraude de ses créanciers, les créanciers peuvent faire casser la tradition qui est intervenue, et demander la chose aliénée, en soutenant que la tradition n'a pas été faite, et que par conséquent la chose est toujours restée dans les biens du débiteur.

7. Les actions Servienne et quasi-Servienne (qu'on appelle aussi hypothécaires) tirent leur origine de la juridiction du prêteur. On intente l'action Servienne, en poursuivant les effets d'un fermier, qui ont été par lui hypothéqués pour la sûreté des fermages. L'action quasi-Servienne est celle par laquelle un créancier poursuit son gage ou son hypothèque. Il n'y a aucune différence entre le gage et l'hypothèque, en ce qui concerne l'action hypothécaire qui en résulte : car la chose qui, suivant la convention faite entre le créancier et le débiteur, doit être obligée pour la sûreté de la créance, est comprise indifféremment sous le nom de gage ou d'hypothèque. Mais il y a de la différence entre ces deux choses en d'autres matières : car on appelle proprement gage, une chose ordinairement mobilière, qui est mise dans les mains du créancier, lors même de la convention ; mais lorsqu'une chose est engagée par la simple convention des parties, et sans tradition, on l'appelle proprement hypothèque.

8. Le prêteur a aussi introduit des actions personnelles en vertu de sa juridiction, telle est l'action qui naît du constitut, à laquelle on peut rapporter l'action *receptitia*, qui avoit anciennement lieu contre les banquiers, par rapport à l'argent dont

ils s'étoient chargés. Nous avons par une constitution particulière fait passer cette action *receptitia* dans l'action du constitut, et en conséquence elle est devenue inutile : ce qui fait que nous n'avons point voulu qu'il en fût fait mention dans notre collection. Le préteur a encore établi une action sur le pécale des esclaves et des fils de famille, l'action en conséquence du serment, dans laquelle on examine simplement si le demandeur a prêté le serment qui lui étoit déferé, et plusieurs autres.

9. L'action du constitut peut être intentée contre tous ceux qui se sont constitués débiteurs, et ont promis payer pour eux mêmes ou pour autrui, sans qu'il soit intervenu aucune stipulation : car s'ils se sont engagés vis-à-vis d'un créancier qui ait stipulé d'eux, ils sont obligés par le droit civil.

10. Le préteur a donné aux créanciers des enfans et des esclaves une action sur le pécule, qui s'intente contre les pères ou les maîtres : car, quoiqu'il soit vrai qu'ils ne sont pas obligés de plein droit par les contrats de leurs enfans ou de leurs esclaves, il est cependant juste qu'ils soient condamnés à cet égard, au moins jusqu'à concurrence du pécule, qui est regardé comme le patrimoine des enfans de famille et des esclaves.

11. Lorsque le demandeur à qui son adversaire a déferé le serment, a juré que la somme qu'il demande lui est due, si on ne le paye pas, le préteur lui accorde avec beaucoup de raison une action en vertu de laquelle on n'examine plus s'il lui est dû, mais seulement s'il a fait le serment.

12. Le préteur, en vertu de sa juridiction, a encore établi un grand nombre d'actions pénales, telles sont celles qui ont lieu contre celui qui altère les ordonnances du préteur affichées publiquement, celui qui assigne en justice son père ou son patron sans en avoir obtenu la permission, celui qui arrache avec violence ou qui fait frauduleusement arracher avec violence un homme des mains de celui qui le conduisoit devant le juge. Il y a encore un grand nombre d'actions de cette nature.

13. Les actions préjudicielles paroissent être du nombre des actions réelles : telles sont celles en vertu desquelles on examine si un homme est libre, affranchi ou es-

fusum est) et ea quasi supervacua, jussa est cum sua auctoritate à nostris legibus recedere. Item prætor proposuit actionem de peculio servorum filiorumque familiarum : et eam, ex qua quæritur, an actor juraverit, et alias complures.

§. 9. De constituta autem pecunia cum omnibus agitur, quicunque pro se vel pro alio soluturos se constituerint : nulla scilicet stipulatione interposita : nam alioqui se stipulanti promiserint, jure civili tenentur.

De constituta pecunia.

§. 10. Actiones autem de peculio, ideo adversus patrem dominumve comparavit prætor : quia licet ex contractu filiorum servorumve ipso jure non teneantur : æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum) condemnari eos.

De peculie.

§. 11. Item si quis postulante adversario juraverit, deberi sibi pecuniam quam peteret, neque ei solvatur : justissimè accommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an juraverit.

De actionibus in facto et jure-jurando.

§. 12. Pœnales quoque actiones prætor multas ex sua jurisdictione introduxit : veluti adversus eum, qui quid ex albo ejus corrupisset : et in eum, qui patronum, vel parentem in jus vocasset, cum id non impetrasset : item adversus eum, qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit ; et alias innumerabiles.

De actionibus pœnalibus.

§. 13. Præjudiciales actiones in rem esse videntur : quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber an libertus sit, vel de partu agnoscendo. Ex quibus ferè una

De præjudiciis.

illa legitimam causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit: cæteræ ex ipsius prætoris jurisdictione substantiam capiunt.

An res sua con-
dici possit.

§. 14. Sic itaque discretis actionibus, certum est non posse actorem suam rem in ita ab aliquo petere, *Si apparet eum dare oportere*. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: scilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fiat. Nec res quæ jam actoris est, magis ejus fieri potest. Planè odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, *Si appareat eos dare oportere*; quamvis sit adversus eos etiam hæc in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

De nominibus
actionum.

§. 15. Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes: in personam verò actiones quibus dare facere oportere intenditur, condictiones. Condicere enim est denuntiare prisca lingua: nunc verò abusivè dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.

Divisio secunda.

§. 16. Sequens illa divisio est, quod quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mixtæ sunt.

De rei perse-
cutoris.

§. 17. Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum verò actionum, quæ in personam sunt,

clavæ, et les actions en reconnaissance de part (ou d'enfant). Il n'y a qu'une de ces actions qui descende proprement du droit civil, c'est celle en vertu de laquelle on examine si un homme est libre; les autres descendent du droit prétorien.

14. Les actions étant ainsi distinguées les unes des autres, il est certain que personne ne peut demander une chose qui est à lui avec la formule suivante: S'il appert que vous devez me transférer le domaine de telle chose. Car on ne doit pas transférer au demandeur le domaine d'une chose qui est déjà à lui. En effet le mot *dare*, dont on se sert dans cette formule, signifie donner une chose à quelqu'un de manière qu'elle passe dans son domaine. Or une chose qui appartient déjà au demandeur, ne peut pas lui appartenir davantage. Il y a cependant une exception introduite en haine des voleurs, et pour les soumettre à plusieurs actions à la fois: car, après qu'on a intenté contre eux l'action pénale du vol, et qu'ils ont été condamnés à en payer l'estimation au double ou au quadruple; on a encore contre les voleurs, pour se faire rendre la chose volée, une action dont la formule est, s'il appert que vous devez me transférer le domaine de telle chose; quoiqu'on ait d'ailleurs contre eux l'action réelle, par laquelle on soutient que la chose qu'on demande est à soi.

15. Les actions réelles s'appellent revendication; les actions personnelles, par lesquelles on soutient que l'adversaire doit donner ou faire une chose, s'appellent condiction: car le mot *condicere* a signifié chez les anciens *sommer*. Nous nous servons à présent par abus du terme de condiction pour exprimer l'action personnelle, par laquelle le demandeur soutient qu'une chose doit lui être donnée; car aujourd'hui ces actions ne doivent point être précédées de sommation.

16. La seconde division des actions comprend celles par lesquelles on demande la restitution d'une chose, celles par lesquelles on poursuit la peine d'un délit, et celles qui sont mixtes.

17. Toutes les actions réelles ont pour but la restitution d'une chose. A l'égard des actions personnelles, celles qui descendent

des contrats, ont presque toutes le même but : telles sont celles par lesquelles on demande de l'argent prêté ou une somme portée dans une stipulation. Il faut dire la même chose des actions qui descendent des contrats de prêt à usage, de dépôt, de mandat, de société, de vente, de loyer. Cependant quand on agit en conséquence d'un dépôt qu'on a fait dans les circonstances d'une sédition, incendie, ruine naufrage, le prêteur accorde l'action au double lorsqu'elle est dirigée contre le dépositaire lui-même ou son héritier, à raison de son dol ; et dans ce cas l'action est mixte.

18. Les actions qui descendent de délits, ont pour but, les unes la peine, les autres la restitution de la chose. On poursuit la peine, d'un vol, lorsqu'on intente l'action au double dans le vol non manifeste, et au quadruple dans le vol manifeste. Il ne s'agit dans cette action que de la peine : car il y a une autre action particulière pour poursuivre la restitution de la chose, savoir l'action réelle, par laquelle on soutient contre tout possesseur, soit le voleur lui-même, soit un autre, que la chose est à soi. On a encore en outre contre le voleur une action personnelle pour le faire condamner à donner la chose.

19. L'action qui descend du vol fait avec violence est mixte ; parce que la poursuite de la chose se trouve comprise dans la restitution du quadruple. L'action de la loi Aquilia, pour la réparation du dommage qui a été causé, est aussi mixte, non-seulement lorsqu'elle croît au double, ce qui arrive lorsque celui qui a causé le dommage nie l'avoir fait, mais encore dans certain cas où l'action est simple ; par exemple dans le cas où on auroit tué un esclave boiteux ou borgne, qui dans l'année auroit été sain et entier et d'un grand prix : car on a vu ci-dessus, que celui qui l'avoit tué étoit obligé d'en payer l'estimation suivant la plus haute valeur qu'il avoit eue dans l'année. L'action est encore mixte lorsqu'elle est intentée contre ceux qui diffèrent d'acquitter les legs et les fidéicommissés laissés aux églises et aux autres lieux de piété, et qui attendent qu'on les actionne en justice : car ils sont alors obligés de payer la somme qui a été léguée, et de donner encore une

eæ quidem quæ ex contractu nascuntur, ferè omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur : veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor : item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. Planè si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit : in duplum actionem prætor reddit : si modò cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede ejus de dolo ipsius agitur, quo casu mista est actio.

§. 18. Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantùm pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt : aliæ tam pœnæ, quàm rei persequendæ, et ob id mistæ sunt. Pœnam tantùm persequitur quis actione furti : sive enim manifesti agatur, quadrupli : sive non manifesti, dupli : de sola pœna agitur. Nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens : sive fur ipse eam rem possideat, sive alius quilibet. Eo amplius adversus furem etiam condictio est rei.

De pœnâ persequitur.

§. 19. Vi autem bonorum raptorum actio mista est : quia in quadruplo rei persecutio continetur : pœna autem tripli est. Sed et legis Aquilæ actio de damno injuria dato, mista est, non solum si adversus inficiantem in duplum agatur, sed interdum et si in simplum quisque agat : veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer et magni pretii fuerit : tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit, secundùm jam traditam divisionem. Item mista est actio contra eos qui relicta sacrosanctis ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint, usque adeò ut etiam in judicium vocentur. Tunc enim et ipsam rem vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur, et aliud tantùm pro pœna, et ideò in duplum ejus fit condemnatio.

De mixtis, hoc est, rei et pœnæ persecutoriis.

De mixtis, id est, tam in rem quàm in personam.

§. 20. Quædam actiones mistam causam obtinere videntur, tam in rem quàm in personam: qualis est familiæ eriscundæ actio, quæ competit coheredibus de dividenda hereditate. Item communi dividundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id dividatur. Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus judiciis permittitur judici rem alicui ex litigatoribus ex bono et æquo adjudicare: et si unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare.

Divisio tertia.

§. 21. Omnes autem actiones, vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, ulterius autem nulla actio extenditur.

De actionibus in simplum,

§. 22. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, et mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato: et denique ex aliis quamplurimis causis.

In duplum,

§. 23. In duplum agimus, veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam causis. Item servi corrupti: quæ competit in eum, cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriosè vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato quod venerabilibus locis relictum est, secundùm ea quæ suprâ diximus.

In triplum,

§. 24. Tripli verò agimus, cùm quidam majorem vera æstimatiõe quantitatem in libello conventionis inserunt, ut ex hac causa viatores, id est, executores litium, amplio rem summam sportularum nomine exigent. Tunc enim id quod propter eorum causam damnatum passus fuerit reus, in triplum ab actore conse-

2. Il y a une seconde division des interdits; les uns ont pour objet de faire acquérir à quelqu'un la possession d'une chose, les autres de le maintenir dans la possession où il est, d'autres enfin de le réintégrer dans la possession qu'il a perdue.

3. L'interdit qui a pour objet de faire acquérir à quelqu'un la possession d'une chose, est accordé au successeur prétorien, et s'appelle *quorum bonorum*. Son effet est de faire rendre à celui à qui le préteur a accordé la succession prétorienne, tous les effets de la succession que d'autres possèdent en qualité

d'héritiers civils, ou simplement comme détenteurs. On possède à titre d'héritier civil, lorsqu'on croit être héritier civil; on possède comme détenteur, lorsqu'on possède sans aucun titre des effets d'une succession, ou une succession entière à laquelle on sait n'avoir aucun droit. Cet interdit s'appelle interdit afin d'acquérir la possession; parce qu'il n'est avantageux qu'à celui qui veut acquérir la possession pour la première fois. Ainsi cet interdit seroit inutile à celui qui, ayant déjà acquis la possession, l'auroit perdue depuis. L'interdit Salvien a aussi pour objet de faire acquérir à quelqu'un la possession. Le propriétaire d'un fonds se sert de cet interdit pour se faire donner la possession des effets que son fermier a promis de lui donner en gage pour la sûreté des loyers.

4. Les interdits qui ont pour objet de maintenir quelqu'un dans sa possession s'appellent *uti possidetis* et *utrubi*. Ils ont lieu lorsqu'il y a contestation entre deux personnes sur la propriété d'une chose, et qu'on cherche auparavant laquelle des deux parties est en possession, afin de savoir laquelle tiendra la place du demandeur: car tant qu'on ne saura pas laquelle des deux parties est en possession, on ne pourra point mettre en règle l'instance au pétitoire; parce que la raison naturelle et civile exige, pour la régularité de l'instance sur le pétitoire, qu'il y ait d'un côté un possesseur, et de l'autre quelqu'un qui forme sa demande contre le possesseur. Et comme il est beaucoup plus avantageux d'être en possession que de former la demande, il y a souvent, et même presque toujours, une grande contestation entre les parties sur le fait de la possession. L'avantage de la possession consiste en ce que quand la chose n'appartiendroit pas au possesseur, il en conserve néanmoins la possession tant que le demandeur ne prouve pas sa propriété; et par cette raison, lorsque les droits des deux parties sont douteux, le juge décide contre le demandeur. L'interdit *uti possidetis* a lieu dans les contestations sur la possession d'une chose immobilière; l'interdit *utrubi* dans les contestations sur la possession des choses mobilières. Ces deux interdits étoient fort différents chez les anciens, quant à leurs effets; car dans l'interdit *uti possidetis*, le préteur

*possessio data est, restituere debeat. Pro herede autem possidere videtur, qui putat se heredem esse. Pro possessore is possidet qui nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscendæ possessionis, vocatur interdictum: quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est. Interdictum quoque quod appellatur *Salvianum*, adipiscendæ possessionis causa comparatum est: eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.*

§. 4. Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta *uti possidetis*, et *utrubi*: cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit; et antè quærat, uter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat. Namque nisi antè exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui: quia et civilis, et naturalis ratio facit, ut alius possideat, et alius à possidente petat. Et quia longè commodius est et potius possidere, quàm petere: ideo plerumque et ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum autem possidendi in eo est, quod etiamsi ejus res non sit, qui possidet: si modò actor non potuerit suam esse probare, remanet in suo loco possessio: propter quam causam cum obscura sunt utriusque jura, contra petitorem judicari solet. Sed interdicto quidem *uti possidetis*, de fundi vel ædium possessione contenditur: *utrubi* verò interdicto de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam *uti possidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: si modò nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem: etiam si alium vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem, ut sibi possidere liceret: *utrubi* verò interdicto is vincebat, qui majore parte ejus anni, nec

De interdictis retinendæ.

vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est: uti ille vincat et in re soli, et in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatæ tempore detinet.

jugeoit en faveur de celui qui, au temps de l'interdit, avoit la possession, pourvu qu'il ne tint pas cette possession immédiatement de son adversaire, violemment, clandestinement ou précairement. Mais pourvu qu'il la tint d'un autre que son adversaire, on n'examinait plus comment il étoit entré en possession, et s'il y avoit eu violence, clandestinité ou précaire; au-lieu que dans l'interdit *utrubi*, le préteur jugeoit en faveur de celui qui tenoit la possession de son adversaire sans qu'elle fût violente, clandestine ni précaire, et qui avoit conservé cette possession pendant la plus grande partie de l'année dans laquelle l'action étoit intentée; mais cette différence n'est plus aujourd'hui en usage. Ces deux interdits ont été soumis aux mêmes règles, quant à ce qui concerne la qualité de possession; et dans les choses immobilières comme dans les autres, pour l'emporter au possessoire, il faut se trouver lors de la contestation en possession; il est indifférent qu'on la tienne de son adversaire, pourvu qu'elle ne soit ni violente, ni clandestine, ni précaire.

De retinenda
vel acquirenda
possessione.

§. 5. Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed et si ejus nomine aliquis in possessione sit, licet is ejus juri subjectus non sit, qualis est colonus et inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commoverit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur retinere possessionem posse aliquem per quemlibet qui ejus nomine sit in possessione. Quinetiam animo quoque solo retineri possessionem placet: id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius: tamen si non relinquendæ possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videatur. Adipisci verò possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est, quin animo solo adipisci possessionem nemo possit.

5. On est regardé comme étant en possession d'une chose, non-seulement lorsqu'on la possède soi-même, mais encore lorsqu'on la possède par le fait d'un autre sur lequel même on n'a aucune puissance, comme le locataire, le fermier qui possèdent au nom du propriétaire. On possède encore une chose par le fait de ceux à qui on l'a déposée ou prêtée; et c'est ce qu'on entend quand on dit que nous pouvons conserver la possession d'une chose par le fait d'un autre qui la possède en notre nom. Il y a plus, il est décidé qu'on peut conserver sa possession par la simple volonté: en sorte que, quoique nous ne possédions ni un autre en notre nom, cependant si nous n'avons pas l'intention d'abandonner la possession, mais que nous quittons seulement un lieu avec l'esprit de retour, nous conservons la possession. Nous avons expliqué dans le second livre par quelles personnes la possession peut nous être acquise. Et il n'y a point de doute qu'on ne peut pas acquérir la possession d'une chose par la seule intention.

De interdicto
recuperandæ, et
asini, bus reme-
diis.

§. 6. Recuperandæ possessionis causa solet interdicti, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur

6. L'interdit qui a pour objet de réintégrer quelqu'un dans sa possession, a lieu dans le cas où on a perdu la possession d'une chose immobilière

immobilière par un trouble de fait. Celui qui est ainsi dépossédé, peut se servir de l'interdit établi contre la violence, en vertu duquel celui qui l'a troublé est obligé de lui rendre la possession, quand même celui qui a été troublé tiendrait lui-même la possession de son adversaire par violence, clandestinité ou précaire. Conformément aux ordonnances des princes, comme nous l'avons dit ci-dessus, celui qui s'empare d'une chose avec violence en perd la propriété si elle lui appartenait; si elle ne lui appartenait pas, il doit, outre la restitution de la chose, en payer encore l'estimation à celui qu'il a troublé par voies de fait. Celui qui a dépossédé quelqu'un par violence, est encore soumis aux peines portées par la loi Julia contre la violence publique, s'il a exercé la violence avec port d'armes, ou à celles portées par la même loi Julia contre la violence privée, s'il n'y a point eu de port d'armes. On entend ici par armes, non-seulement les boucliers, les casques, les épées, mais encore les bâtons et les pierres.

7. La troisième division des interdits consiste en ce que les uns sont simples, et les autres sont doubles. Les simples sont ceux dans lesquels l'un est demandeur et l'autre défendeur : tels sont tous les interdits restitutoires et exhibitoires. Car le demandeur est celui qui veut que la chose lui soit rendue ou représentée, et le défendeur celui à qui on demande la restitution ou la représentation de la chose. Mais quant aux interdits prohibitifs, les uns sont simples et les autres sont doubles. Les simples sont, par exemple, lorsque le préteur défend qu'on fasse des constructions dans un lieu sacré, ou sur un fleuve ou la rive d'un fleuve public : car le demandeur est celui qui s'oppose à ce que ces constructions se fassent, et le défendeur est celui qui cherche à les faire. Les interdits *uti possidetis* et *utrubi* sont appelés doubles, parce que les deux parties sont dans le même état; on ne sait qui est proprement le demandeur ou le défendeur, et tous deux sont en même temps demandeur et défendeur.

8. Il est inutile de parler aujourd'hui de l'ordre et de l'ancien effet des interdits : car l'interdit n'est jamais nécessaire, lorsque le jugement ne se poursuit pas dans les formes ordinaires, et qu'il est tel que sont aujourd'hui

proponitur interdictum *unde vi*, per quod is qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem : licet is ab eo qui *vi* deiecit, *vi*, vel *clàm*, vel *precario* possideat. Sed ex constitutionibus sacris (ut supra diximus), si quis rem per vim occupaverit, siquidem in bonis ejus est, dominio ejus privatur : si aliena, post ejus restitutionem, etiam æstimationem rei dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim deiecit : tenetur legè Julia de *vi privata*, aut de *vi publica* : sed de *vi privata*, si sine armis vim fecerit : sin autem cum armis eum de possessione vi expulerit, de *vi publica* tenetur. *Armorum autem appellatione non solum scuta, et gladios, et galeas : sed et fustes, et lapides, significari intelligimus.*

§. 7. *Tertia divisio interdictorum hæc est, quod aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est : qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. Nam actor is est qui desiderat aut exhiberi, aut restitui : reus autem is est à quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri. Nam actor est qui desiderat ne quid fiat : reus est qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt, veluti *uti possidetis* interdictum, et *utrubi*. Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipuè reus vel actor intelligitur : sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet.*

Divisio tertiâ

§. 8. De ordine et vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem jus dicitur (qualia sunt hodie omnia judicia) non est necesse reddi interdictum : sed pe-

De ordine, et vetere exitu sem ritu.

rinde judicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

TITULUS XVI.

DE PENA TEMERÆ

LITIGANTIUM.

NUNC admonendi sumus, magnam curam egisse eos qui jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: quod et nobis studio est. Idque eo maximè fieri potest, quod temeritas tam agentium quàm eorum cum quibus agitur, modo pecuniaria pœna, modo jurisjurandi religione, modo infamiæ metu coercetur.

§. 1. Ecce enim jusjurandum omnibus qui conveniuntur, ex constitutione nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi priùs juraverit, quod putans se bona instantia uti, ad contradicendum pervenit. At adversus inficientes ex quibusdam causis dupli vel tripli actio constituitur: veluti si damni injuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris quàm simpli est actio: veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli. Nam ex his et aliis quibusdam causis (sive quis neget, sive fateatur) pluris quàm simpli est actio. Item actoris quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex nostra constitutione. Utriusque etiam partis advocati jusjurandum subeunt, quod alia nostra constitutione comprehensum est. Hæc autem omnia pro veteri calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores multabat, quod nusquam factum esse invenimus: sed pro his introductum est et præfatum jusjurandum, et ut improbus litigator et damnus, et impensas litis inferre adversario suo cogatur.

tous les jugemens; et on juge sans se servir des interdits, de même que si la formule d'action utile avoit été accordée en conséquence de l'interdit.

TITRE XVI.

DE LA PEINE DES TÊMÉRAIRES

PLAIDEURS.

LES législateurs ont eu grand soin d'empêcher qu'on pût entreprendre témérairement toutes sortes de procès; nous sommes animés du même esprit, et nous croyons que le moyen le plus propre pour y parvenir est d'arrêter par des peines pécuniaires, par la religion du serment, ou par la crainte de l'infamie, ceux qui auroient cette odieuse témérité, soit en attaquant, soit en défendant.

1. D'abord, en vertu de notre ordonnance, on défère le serment à tous ceux qui sont actionnés en justice: car le défendeur n'est admis à proposer ses moyens de défense qu'après avoir juré qu'il ne se présente pour répondre que parce qu'il pense avoir bon droit. Il y a des cas où on donne l'action au double contre ceux qui nient faussement ce qu'on leur impute; par exemple dans les actions intentées au sujet d'un dommage causé injustement, ou des legs faits à des maisons de piété. Il y a d'autre cause où l'action, dès son origine, est plus forte que le simple: telle est l'action pénale du vol manifeste, qui est au quadruple, et du vol non manifeste, qui est au double. Car dans ces causes et autres semblables, soit qu'on avoue, soit qu'on nie, l'action est plus forte que le simple. Le demandeur calomnieux est aussi réprimé: parce que, suivant notre ordonnance, le demandeur est aussi obligé de jurer que ce n'est point dans l'intention de vexer injustement son adversaire qu'il intente le procès, mais parce qu'il croit avoir bon droit. Les avocats des deux parties doivent aussi prêter serment en vertu d'une autre ordonnance que nous avons publiée. Nous avons substitué toutes ces précautions à l'ancienne action de la calumnie, qui est tombée en désuétude: car elle donnoit lieu à une amende, qui étoit le dixième en sus de la condamnation, et nous n'avons pas remarqué que cet usage se fût conservé; mais

De pœnis in genere.

Dejurejurando, et pœna pecuniaria.

au lieu de ces actions, on a introduit le serment dont nous venons de parler, et de plus le téméraire litigateur est condamné au dommage et aux dépens envers sa partie.

2. Il y a des jugemens dans lesquels la condamnation emporte infamie : comme en matière de vol simple ou avec violence, d'injures, de mauvaise foi, aussi bien que lorsqu'on est condamné sur les actions directes de la tutelle, du mandat, du dépôt ; mais non pas lorsqu'on est condamné sur les actions contraires. L'action de la société est directe de part et d'autre : ce qui fait qu'un associé, quel qu'il soit, condamné en justice à l'occasion de la société, encoure l'infamie. Par rapport au vol simple ou violent, aux injures, à la mauvaise foi, on encourt l'infamie, non-seulement lorsqu'on est condamné, mais même lorsqu'on transige ; ce qui est fort juste : car il y a bien de la différence à cet égard entre celui qui transige étant débiteur en vertu d'un contrat, et celui qui transige étant débiteur en vertu d'un délit.

3. Toute procédure commence par la partie de l'édit du préteur, dans laquelle il est parlé de l'assignatio en justice : car l'adversaire doit d'abord être cité en justice, c'est-à-dire devant celui qui doit rendre la justice dans ce chef de son édit. Le préteur accorde aux parens et aux patrons et aux ascendans et descendans des patrons une distinction honorable, qui consiste en ce que les enfans et les affranchis ne peuvent les assigner en justice qu'après en avoir demandé la permission au patron et l'avoir obtenue. Celui qui les aura assignés en justice sans observer cette formalité, doit payer par forme de peine cinquante sols (d'or).

TITRE XVII.

DU DEVOIR DU JUGE.

IL faut présentement parler du devoir du juge. Il doit avoir sur-tout un grand soin de ne juger que conformément aux lois, aux ordonnances des princes et aux coutumes.

1. Ainsi le juge devant qui sera porté une action noxale, et qui croira devoir con-

§. 2. Ex quibusdam judiciis damnati, ignominiosi fiunt : veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus. Item pro socio, quæ ab utraque parte directa est ; et ob id quilibet ex sociis eo judicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed et pacti : et rectè. Plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.

De infamia.

§. 3. Omnium autem actionum instituentiarum principium, ab ea parte edicti proficiscitur, qua prætor edicit de in jus vocando. Utiq̄ue enim in primis adversarius in jus vocandus est : id est, ad eum vocandus qui jus dicturus sit. Qua parte prætor parentibus et patronis, item parentibus liberisque patronorum et patronarum hunc præstat honorem : ut non aliter liceat liberis libertisque eos in jus vocare, quàm si id ab ipso prætore postulaverint, et impetraverint. Et si quis aliter vocaverit : in eum pœnam solidorum quinquaginta constituit.

De in jus vocando.

TITULUS XVII.

DE OFFICIO JUDICIS.

SUPEREST, ut de officio judicis dispi- ciamus. Et quidem in primis illud observare debet judex, ne aliter judicet, quàm legibus aut constitutionibus, aut moribus proditum est.

De officio judicis in genere.

§. 1. Ideoque si noxali judicio aditus est, observare debet, ut si condemnandus

De judicio noxali.

videtur dominus, ita debeat condemnare, *Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos condemnno, aut noxam dedere.*

De actionibus
realibus.

§. 2. Et si in rem actum coram iudice: sive contra petito rem judicaverit, absolvere debet possessorem: sive contra possessorem, jubere ei debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget in præsentem se restituere posse, et sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei: ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus quod ei datum est non restituerit. Et si hereditas petita sit: eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit: sive illorum quos perceperit: in utraque actione eadem ratio penè habetur, si prædo fuerit. Si verò bonæ fidei possessor fuerit, non habetur ratio neque consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.

De actione ad
exhibendum.

§. 3. Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is cum quo actum est; sed opus est, ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cum primùm ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoque si inter moras exhibendi usucapta sit res à possessore: nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum mediæ temporis, id est, ejus quod post acceptum ad exhibendum iudicium, ante rem judicatam intercesserit, rationem habere debet iudex. Quod si neget reus cum quo ad exhibendum actum est, in præsentem se exhibere posse, et tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur: dare ei debet, ut tamen caveat

damner le maître, prononcera ainsi: Je condamne Publius - Mævius en la somme de dix pièces d'or envers Lucius - Titius, si mieux il n'aime abandonner le corps qui a nui pour servir de réparation.

2. Dans les actions réelles, quand le juge prononce contre le demandeur, il doit absoudre le possesseur; et quand il prononce contre le possesseur, il doit le condamner à rendre la chose avec les fruits. Mais si le possesseur objecte qu'il ne peut pas rendre la chose présentement, et qu'il demande un délai pour la rendre, sans qu'il paroisse qu'il y ait aucune tergiversation de sa part, le juge doit lui accorder ce délai. Dans ce cas cependant, il faudra qu'il donne caution par répondans, de payer la condamnation s'il ne rend pas la chose dans le temps qui lui est accordé. Si on forme devant le juge la demande d'une succession, on observera par rapport aux fruits la même chose que dans la revendication des choses particulières. Dans les deux actions, on oblige également le possesseur à rendre les fruits qu'il a perçus, et ceux qu'il n'a pas perçus par sa faute, sur-tout s'il est possesseur de mauvaise foi. Mais s'il est possesseur de bonne foi, la condamnation à la restitution des fruits ne s'étend pas aux fruits qu'il a consommés ou à ceux qu'il n'a pas perçus. Néanmoins, à compter du commencement de l'instance, les fruits non perçus par la faute du possesseur, et ceux qu'il a consommés, sont compris dans la condamnation.

3. Dans l'action afin de représenter une chose, il ne suffit pas que le défendeur représente la chose, il faut encore qu'il la représente dans l'état où elle étoit, c'est-à-dire de manière que le demandeur à qui la chose est représentée, conserve sur elle les mêmes droits qu'il auroit eus si la chose lui eût été représentée au moment où il a formé son action. Ainsi, si pendant que le possesseur différoit de représenter la chose, il en a acquis la propriété par la prescription, il sera condamné, quoiqu'il représente la chose. Le juge doit encore avoir égard dans cette action aux fruits qu'a produits la chose dans le temps intermédiaire, c'est-à-dire depuis la contestation en cause jusqu'au jugement. Si celui qu'on attaque à l'effet de lui faire représenter une chose, allégué qu'il

ne peut le faire présentement, et demande un temps pour la représenter, sans qu'il paroisse vouloir tergiverser, ce délai lui sera accordé en donnant par lui caution. S'il ne représente pas la chose aussitôt après l'ordonnance du juge, et s'il ne donne point caution de la représenter, il sera condamné envers le demandeur à lui payer l'intérêt qu'il a que la chose lui ait été représentée dès le moment qu'il en a demandé la représentation.

4. Le juge devant lequel on porte une action en partage de succession, doit adjuger à chaque héritier des effets distincts et séparés; et s'il remarque que l'adjudication est trop forte du côté d'un des copartageans, il doit le condamner, comme nous l'avons dit, en une certaine somme envers son cohéritier par forme de soute. Chaque héritier doit aussi être condamné envers son cohéritier à raison des fruits qu'il aura perçus seul avant le partage d'un fonds de la succession, ou à raison des effets de la succession qu'il auroit détériorés ou dissipés. La même règle sera observée dans le cas où il y aura plus de deux cohéritiers.

5. On suit aussi la même règle lorsqu'il s'agit de partager plusieurs choses communes par indivis entre plusieurs propriétaires. Si l'on ne s'agit que de partager une seule chose, par exemple un fonds entre plusieurs personnes, si ce fonds peut aisément se partager par canton, le juge doit adjuger à chacun différens cantons dans ce fonds; et si le lot d'un des copartageans est plus fort, il pourra être condamné en une certaine somme envers l'autre par forme de soute. Si le fonds ne peut pas se partager aisément, ou s'il s'agit d'un esclave commun ou d'un mulet, il doit être adjugé en entier à l'un des propriétaires, qui sera condamné en une somme envers l'autre.

6. Dans l'action en bornage d'héritage, le juge doit examiner si l'adjudication est nécessaire; ce qui peut arriver dans certain cas: par exemple s'il paroît nécessaire de faire de nouvelles limites pour distinguer et séparer les terres d'une manière plus exacte et plus visible qu'auparavant. Car alors, il est nécessaire d'adjuger au voisin quelque portion du terrain de son voisin, et il est juste que celui à qui cette portion

se restituerum: quòd si neque statim jussu judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat: condemnandus sit in id quod actoris intererat, si ab initio res exhibita esset.

§. 4. Si familiæ eriscundæ judicio actum sit, singulas res singulis heredibus adjudicare debet: et si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio; debet hunc invicem coheredi certa pecunia (sicut jam dictum est) condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit, aut consumpserit. Quæ quidem similiter inter plures quoque, quàm duos coheredes, subsequuntur.

Familiæ eriscundæ.

§. 5. Eadem interveniunt, et si communi dividendo de pluribus rebus actum sit. Quòd si de una re, veluti de fundo; siquidem iste fundus commodè regionibus divisionem recipiat, partes-ejus singulis adjudicare debet: et si unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quòd si commodè dividi non possit, veluti si homo fortè, aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus uni adjudicandus est, et is invicem alteri certa pecunia condemnandus est.

Communi dividendo.

§. 6. Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet judex, an necessaria sit adjudicatio: quæ sanè uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quàm olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari: quo casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine

Finium regundorum.

condemmandus est quisque hoc judicio, quòd fortè circa fines aliquid malitiosè commisit: verbi gratia, quia lapides finales furatus est, vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine quisque eo judicio condemnatur: veluti si quis jubente judice metiri agros passus non fuerit.

est adjudgée paye une certaine somme à l'autre. Chacun des voisins doit aussi être condamné dans ce jugement à raison de la fraude dont il a pu se rendre coupable par rapport aux limites: par exemple s'il a volé les pierres, ou coupé les arbres qui servoient de bornes. On peut aussi subir dans ce jugement une condamnation à raison de sa contumace: par exemple, si quelqu'un s'oppose à la mesure des terrains ordonnée par le juge.

De adjudicatione §. 7. Quod autem istis judiciis alicui adjudicatum fuerit: id statim ejus fit, cui adjudicatum est.

7. Ce qui a été adjudgé dans ces jugemens appartient à l'instant à celui à qui il a été adjudgé.

TITULUS XVIII.

TITRE XVIII.

DE PUBLICIS JUDICIIS.

DES JUGEMENS PUBLICS.

Differentia à privatis. **P**UBLICA judicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quicquam simile habent cum cæteris judiciis, de quibus locuti sumus: magnaque diversitas eorum est et in instituendo, et in exercendo.

DANS les jugemens publics, on ne procède point par action; ces jugemens ne sont point absolument semblables à ceux dont nous venons de parler: il y a bien des différences entre les uns et les autres, tant dans la manière de les commencer que dans celle de les poursuivre.

Etymologia. §. 1. Publica autem dicta sunt, quòd civis ex populo executio eorum plerumque datur.

1. Ils sont appelés publics, parce qu'ordinairement la poursuite en est permise à un chacun.

Divisio. §. 2. Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, vel etiam aquæ et ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia.

2. Des jugemens publics, les uns sont capitaux, les autres ne le sont pas. On appelle jugemens capitaux ceux dans lesquels les criminels sont condamnés au dernier supplice, à l'interdiction de l'eau et du feu, à la déportation, au travail des mines. Les autres jugemens qui emportent infamie et peine pécuniaire sont bien publics, mais ils ne sont pas capitaux.

Exempla de læsa majestate. §. 3. Publica autem judicia hæc sunt: lex Julia majestatis, quæ in eos qui contra imperatorem, vel rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Cujus poena animæ amissionem sustinet, et memoria rei etiam post mortem damnatur.

3. Voici les jugemens qu'on met au nombre des jugemens publics: la loi Julia contre les criminels de lèse majesté, qui prononce contre ceux qui ont attenté à la vie du prince ou au salut de la patrie. La peine est la perte de la vie, et on peut faire le procès à l'accusé même après sa mort, et condamner sa mémoire.

De adulteriis. §. 4. Item lex Julia de adulteriis coercendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Julia

4. En second lieu, la loi Julia portée contre les adultères; elle prononce des peines non-seulement contre ceux qui souillent le lit des autres, mais encore contre ceux qui entretiennent un commerce exécrationnel

avec des hommes. La même loi punit aussi la simple fornication, lorsque quelqu'un déshonore sans violence une fille ou une veuve d'une conduite honnête. La peine des fornicateurs est la confiscation de la moitié de leurs biens, s'ils sont d'un état honnête, et la punition corporelle avec l'exil, s'ils sont de basse condition.

5. En troisième lieu, la loi Cornélia contre les assassins, qui punit de mort les homicides, ou qui marchent avec des traits ou des armes pour assassiner quelqu'un. On entend ordinairement par le mot trait, comme l'a écrit Caius d'après l'interprétation de la loi des douze tables, tout ce qui est mis dans un arc pour être lancé; mais on entend en général par ce mot tout ce qu'on peut lancer avec la main. Ainsi ce mot comprend le bois, les pierres, le fer. Le mot *telum* vient de ce que le trait se lance fort loin, de l'adverbe grec qui signifie loin. Nous trouvons aussi la même signification dans le mot grec: car ce que nous appellons trait, les Grecs l'appellent jet, d'un mot grec qui signifie jeter. Xénophon nous apprend la même chose: car il écrit, tous portoient des traits (des armes), des lances, des javelots, des frondes, et plusieurs des pierres. On appelle aussi les assassins *sicarii*, du mot *sica*, qui signifie poignard. La même loi porte des peines contre les empoisonneurs, qui, par des ruses détestables, tuent les hommes par le poison ou par les enchantemens magiques, et ceux qui vendent publiquement des drogues nuisibles.

6. En quatrième lieu, une loi particulière, qui punit d'une peine extraordinaire le plus affreux de tous les crimes; c'est la loi Pompéa contre les parricides. Elle porte que celui qui aura avancé les jours de son père ou de son fils, ou d'une personne à qui il doit la même affection qu'à ses père et mère, soit secrètement, soit publiquement, aussi bien que celui qui aura employé frauduleusement d'autres personnes pour commettre ce crime, celui qui aura été complice du crime, quand même il seroit étranger, sera puni comme parricide; on ne le fera mourir ni par le fer, ni par le feu, ni par aucune peine ordinaire, mais il sera cousu dans un sac de cuir avec

etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honestè viventem stupraverit. Pœnam autem eadem lex irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: si humiles, corporis coercitionem cum relegatione.

§. 5. Item lex Cornelia de sicariis, quæ homicidas ultore ferro persequitur, vel eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. Telum autem (ut Caius noster ex interpretatione legum duodecim tabularum scriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed et omne significat quod manu cujusque jacitur: sequitur ergo, ut lignum et lapis, et ferrum hoc nomine contineatur: dictum ab eo quod in longinquum mittitur, à Græca voce τῆλῆ figuratum. Et sic hanc significationem invenire possumus et in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βίλος appellat. Admonent nos epigrammata in Xenophon urbis faustissimæ scripta, ἢ τὰ βίλη ὁμῶς ἐτίετο, λόγχοι, τοξύματα, σφενδάνας, πλείστοι δὲ ἢ λίθοι. Id est, et hujusmodi tela simul ab eis ferebantur, lanceæ, spicula, fundæ, plurimi autem et lapides. Sicarii autem appellantur à sica, quod significat ferreum cultrum. Eadem lege et venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quàm susurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publicè vendiderint.

De sicariis:

§. 6. Alia deinde lex asperrimum crimen nova pœna persequitur, quæ Pompeia de parricidiis vocatur: qua cavetur, ut si quis parentis aut filii, aut omnino adfinitatis ejus quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparaverit (sive clam, sive palam id ausus fuerit), necnon is cujus dolo malo id factum est, vel conscius criminis existit, licet extraneus sit, pœna parricidii puniatur, et neque gladio neque ignibus, neque ulli alii solemnium pœnæ subjiatur, sed insutus culleo cum cane, et gallo gallinaceo, et vipera, et simia, et inter eas ferales angustias comprehensus (secundùm quod regionis qualitas tulerit), vel in vicinum mare, vel in

De parricidiis:

amuem projiciatur, ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, et ei cælum superstiti, et terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel adfinitate personas conjunctas necaverit: pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit.

un chien, un coq, une vipère, un singe, et il sera jeté avec ces animaux ou dans la mer ou dans un fleuve, suivant la différence des pays, afin que de sa vie même il commence à être privé de l'usage de tous les élémens, que le ciel ne l'éclaircisse plus pendant le reste de sa vie, et que la terre lui refuse la sépulture. Celui qui aura tué d'autres personnes avec lesquelles il auroit été lié par la parenté ou l'alliance, subira la peine portée par la loi Cornélia contre les assassins.

De falsis.

§. 7. Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei qui testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit, subjecerit: vel signum adulterinum fecerit, sculpsit, expresserit, sciens dolo malo. Ejusque legis pœna in servos, ultimum supplicium est (quod etiam in lege de sicariis et veneficis servatur); in liberos verò deportatio.

7. En cinquième lieu, la loi Cornélia contre les faussaires, qu'on appelle aussi la loi Cornélia concernant les testamens: elle porte des peines contre ceux qui écrivent, cachettent, publient, supposent un testament ou un autre acte faux; ceux qui font, gravent, battent la fausse monnaie, sachant ce qu'ils font et de mauvaise foi. La peine portée par cette loi est le dernier supplice pour les esclaves (ce qui a lieu aussi dans la loi Cornélia contre les assassins et les empoisonneurs), et pour les hommes libres la déportation.

De vi.

§. 8. Item lex Julia de vi publica seu privata, adversus eos exoritur qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed siquidem armata vis arguatur; deportatio ei ex lege Julia de vi publica irrogatur: si verò sine armis, in tertiam partem bonorum suorum publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc et raptores, et ii qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qua hoc apertius possibile est scire.

8. En sixième lieu, la loi Julia contre la violence publique ou privée, qui punit ceux qui ont exercé des violences sans armes ou à main armée. Ceux qui ont exercé la violence à main armée subissent la peine de la déportation, en vertu de la loi Julia contre la violence publique, et ceux qui ont exercé la violence sans armes perdent le tiers de leurs biens, qui est confisqué. Le rapt avec violence d'une fille, d'une veuve, d'une religieuse ou d'une autre, est puni de mort; et cette peine a lieu contre les ravisseurs et ceux qui leur ont prêté secours, comme on le pourra voir d'une manière plus étendue en lisant une constitution que nous avons portée à ce sujet.

De peculatu.

§. 9. Item lex Julia peculatus eos puniunt, qui publicam pecuniam, vel rem sacram, vel religiosam furati fuerint. Sed siquidem ipsi judices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint: capitali animadversione puniuntur; et non solum hi, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. Alii verò, qui in hanc legem inciderint: pœnæ deportationis subjungentur.

9. En septième lieu, la loi Julia contre le péculat, qui punit ceux qui volent les deniers publics, les choses sacrées ou religieuses. Les juges qui, dans le temps de leur administration, ont détourné à leur profit les deniers publics, sont punis capitalement, aussi bien que ceux qui leur ont prêté des secours pour détourner ces deniers, et ceux qui les auront recélés. À l'égard des autres qui se trouveront dans le cas de cette loi, leur peine sera la déportation.

§. 10.

19.

10. En huitième lieu, on compte au nombre des jugemens publics la loi Flavia contre les plagiaires; en vertu des ordonnances des princes, le crime de plagiat est quelquefois puni d'une peine capitale, quelquefois d'une peine moins rigoureuse.

11. Enfin on peut encore compter au nombre des jugemens publics la loi Julia contre les brigues, la loi Julia contre les concussions, la loi Julia contre les monopoleurs, ceux qui font renchérir les denrées, et la loi Julia contre ceux qui ont gardé les deniers publics qui leur étoient confiés pour employer à certains usages. Ces différentes lois parlent de différens crimes; elles n'infligent pas la peine de mort contre les contrevenans, mais elles prononcent contre eux des peines particulières.

12. Nous vous avons dit quelques mots des jugemens publics afin de vous en donner une légère idée, et de vous en faire une es-pèce de table; vous en aurez, Dieu aidant, une connoissance plus étendue, en parcourant les livres du digeste.

§. 10. Est et inter publica judicia lex Flavia de plagiaris, quæ interdum capitis pœnam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum levioerem.

De plagiaris;

§. 11. Sunt præterea publica judicia, lex Julia de ambitu, lex Julia repetundarum, et lex Julia de amona, et lex Julia deresiduis, quæ de certis capitulis loquuntur: et animæ quidem amissionem non irrogant: aliis autem pœnis eos subjiciunt, qui præcepta earum neglexerint.

De ambitu; repetundis, amona, residuis.

§. 12. Sed de publicis judiciis hæc exposuimus, ut vobis possibile sit summo digito, et quasi per indicem ea tetigisse: alioqui diligentior eorum scientia vobis ex latioribus digestorum seu pandectarum libris Deo propitio adventura est.

Conclusio

Fin des Institutes.

Institutionum finis.